



DECAS <sup>42</sup>  
THESIUM JURIDICARUM

1246

De

1625, 2

19

SOLUTIO-  
NE IN SPECIE,

*Quam*

DIVINA FAVENTE GRATIA  
CONSENSU ET AUTORITATE

*Amplissima & Nobilissima Facultatis Juridica  
in inclita SALANA*

PRÆSIDENTE

*Clarissimo, Consultissimoq; VIRO*  
DN. GEORGIO FRANTZKIO,  
J. U. D. Amico & Fautore suo plu-  
rimum honorando.

*Publicè proponit & defendet*

ALBERTUS Baurfang Gerdav. Boruff.

*In Jctorum auditorio.*

ad diem 5. NOVEMBER. horis solitis.

JENÆ

Typis JOHANNIS BEITHMANNI,  
ANNO M. DC. XXV.



1246

12

DEGAS  
THESEIN JUDICARINM

SOLLUTIO

NE IN SPECIE

DEI IN FAVENTE GRATIA

CONSENSU ET AUCTORITATE

Supplicavit Iohannes Baptistus Jochims

in causa

RESIDENTE

Classico et Professori

DR. GEORGIO FRANKO

J. U. D. Amico & Patrore suo

in honore

Publico Professori

ALBERTUS

in honore

ad hunc

IN

Typis Johannis Balthasari

ANNO MDCCLXX





A. B. D.

THESIS I.

**S**olutio (a) est ejus, quod debetur  
(b) naturalis (c) & legitime facta  
(d) prestatio (e)

(a) Ad evitandas varias variarum fallaciarum latebras quæ ex Verborum significationibus quæri solent, placet, antequam ad ipsius Rei explicationem deveniam, ductu summi Philofopi i. *Topic. 6.* æquivocationem hujus vocis, præsertim cum inter homines nihil sic indubitatum sit, ut non possit (licet aliquid sit valdè justissimum) sollicitam quandam dubitationem suscipere, monente Imp. in *Novell. 44. c. 1. §. 3.* excutere. Usurpatur autem præcipuè in jure nostro in significatione vel propria vel impropria, In illa, pro Corporis levatione, ut, quando solutionem impetrasse dicitur, qui carere quidem clusus, sed cujus Corpori nulla vincula adhibita sunt. *l. 2. §. 6. ff. de V. S.* quamvis effectu tenus talis solutus non videatur, non enim minus prohibetur & impeditur, ne possit agere vel se defendere, quam si vinctus esset. *Anton Fab. in Ration. ad l. 9. ff. ex quib. caus. maj.* Cum nihil intersit vinculis quis an parietibus teneatur, propterea, quod utrique abitus liber concessus non sit. *Dn. Suv. ad l. 48. ff. de V. S.* De cujus significationis, tanquam ab hoc loco alienæ, Effectibus vid. in *l. 9. ff. ex quib. caus. maj. in int. rest. l. 4. si quis caut. in jud.* In hac metaphora sc. ducta à vinculorum sive ligamentorum constrictione. *Hillig. Donell. Enucl. 16. Comm. 9. lit. g.* Vel generaliter pro quavis Liberatione ab Obligationis nexu, sive Verbis, ut acceptilatione *l. 107. ff. b. t. Novatione l. 21. §. 3. in f. ff. de ann. leg.* sive quovis modo facta *l. 47. ff. de V. S.* atque ita pro satisfactione *l. 176. ff. de V. S.* non tamen omni, sed qua Creditoris desiderio juxta Obligationis substantiam plenè satisfiat & Debitor liberationem



nem consequatur l. 4. §. 3. ff. de re jud. Gædd d. l. 47. ff. de V. S. n. 2. non igitur pro satisfactione, quæ fit fidejussoribus, per eam enim, licet desiderio Creditoris quoque satisfiat. l. 1. ff. qui satisd. cog. non tamen plenè & juxta Obligationis substantiam. Alciat. ad l. 57. vers. persequi. ff. de V. S. n. 5. Wesenbec. §. 41. Inst. de rerum divis. n. 1. Cum arctiori potius vinculo hic adstringatur Debitor, quam ab eo liberetur. ut ex l. 4. in fin. ff. h. t. & inf. thes. 8. lit. C. apparet, nisi ad fidejussorem dandum quis obligatus ob id ipsum Obligationi suæ satisfecerit. l. 9. §. 3. ff. de pig. act. Hillig. Donell. Enucl. 16. comm. 9. lit. H. In hac significatione solutionis Vox magis ad Obligationis substantiam, hoc est, conventionem, ad quam solam tollendam sicut manus vel Gladius Gordiana ad diluendum nodum porrigitur, ut scitè Gædd. ad l. 44. ff. de V. S. n. 4. refertur, quam ad numerum solutionem sive pecuniæ numerationem. l. 54. ff. h. t. quoniam illud ipsum, ex quo liberatio Creditoris sine rei debitæ præstatione contingit est loco solutionis. Clariss. Dn. Henning. Wegn. P. P. Regiomont. Disput. 4. de V. S. ad l. 47. & ante eum Hostiens. in summa h. t. n. 1. Vel Specialiter, pro naturali ejus quod debetur præstatione, l. pen. ff. h. t. Jason ad l. 4. §. 3. ff. de re jud. n. 2. in qua significatione magis ad numerum solutionem, quam ad Obligationis substantiam refertur arg. l. 54. ff. h. t. Mejer. colleg. 7. thes. 2. in f. eod. Quæ hujus loci propria est. (b) Non alius pro alio inf. thes. 5. Debetur autem vel ex conventionem vel ex delicto. l. 12. ff. de V. S. l. 14. ff. de petit. her. atque ita ex quavis Obligatione & naturali tantum l. 83. ff. h. t. & naturali & Civili simul pr. Inst. de Oblig. Sed diversimodè, ex hac enim Debitor necessitate rei solvendæ ita adstrictus est, ut ab eo etiam invito per juris remedia extorqueri possit. l. 108. ff. de V. S. l. 13. C. de cont. emt. Ex illa verò nemo quidem in foro exteriori ad solutionem compelli potest, eam enim, ut actionem produceret, jus Civile non agnovit Clariss. Dn. Pras. Exercit. 9. quest. 1. nisi in paucis casibus, quos vid. apud Treutl. v. 1. disp. 6. thes. 2. lit. D. Sed tamen si etiam errore ex ea solvatur, propter Exceptionem, quam à Jure Civili accepit. l. 7. §. 4. ff. de pact. l. 10. ff. de O. & A. perinde habetur, ac si efficacissimam producere potuerit actionem. l. 13. l. 164. ff. de condit.



*indeb.* Eam igitur Naturalem Obligationem, quæ destituitur hoc Effectu, qualis est Obligatio ad *andweg* l. 25. §. 11. ff. de *petit. hered. de qua vid. Jason. ad l. 5. de I. & I. plenius Bacchov. v. 1. Diss. Trentl. 22. thes. 6. lit. D.* vel quam jus Civile prorsus reprobavit, ut Obligationem Pupillorum, Furiosorum, Prodigorum. *inf. thes. 3.* huc removemus: Quid de Civili tantum? Ex hac nemo quidem propter Exceptionem, quæ ei perpetuò objici potest. l. 3. §. 1. ff. de *const. pecun.* obstrictus est solvere. l. 112. ff. de *R. 7. l. 66. ff. eod.* immò utut errore quis ex ea solverit tanquam indebitum repetere potest. l. 26. §. 6. ff. de *condict. indeb.* nisi fictione juris ob utilitatem publicam aut alia probabili de causa pro mixta habeatur, qualis est, quæ ex re judicata, jurejurando voluntario nascitur, ex his enim & similibus datur & efficax actio, & ejus, quod solutum est, retentio. l. 56. ff. de *re jud. l. 26. §. ult. ff. de jurej. Bernhard. Suth. Dissert. 12. aphor. 26. & seq.* Quod si tamen & huic Obligationi satisfacere cupiat Debitor, quin hoc possit, nullus dubito, perea, quæ tradit *Hillig. Don. Enucl. 10. comm. 12. lit. A.* Et non tantum ex ea, quæ nata est quoad actum secundum, sive quæ actionem firmam producit, sed & quæ ad actum primum, id est, quæ propter Exceptionem, quæ debitori parata est, ante remotum obstaculum §. 10. *Inst. de except. l. 213 ub. Alciat. ff. de V. S. inanem reddit actionem. inf. thes. 5. (c)* Hac voce distinguitur, nostra solutio, à reliquis liberationum speciebus de quibus *sup. lit. A. (d)* Quod consideratur vel ex personis, quæ solvunt *inf. thes. seq.* vel solutionem accipiunt. *th. 4.* Ex re quæ solvitur *th. 5.* & ex modo solvendi. *thes. 6. Heig. pr. Inst. quib. mod. toll. Obl. n. 1. (e)* Hoc esto loco generis, siquidem omni omninò Debito sive *Res l. 114. ff. de V. O. sive factum sit l. 98. §. 6. ff. h. t.* conveniens est. *Donell. 16. comm. 9.*

## II.

Omnes tam suo (a) quam alieno nomine (b) rectè solvunt, nisi specialiter prohibeantur. (c)

De



(a) *pr. Inst. quib. mod. Obl. toll. modò rerum suarum ad-*  
*ministrationem habeant. arg. l. 14. §. 1. ff. b. t. talibus enim*  
*edem quævis alienatio sit concessa arg. l. 21. C. mandat. Cur-*  
*non & solutio, quæ etiam species alienationis §. fin. Inst. quib.*  
*alien. non licet. Siquidem ea quoque speciei inesse dicuntur,*  
*quæcunque generi insunt. Keckerman. lib. 1. syst. Log. c. 3. c. 2.*  
*prædicab. gener. Et quidem vel ratione proprii debiti, ut*  
*Debitorum Principales iique vel mares vel fœminæ,*  
*hæ enim personæ cum sua negotia gerere possint, & contra-*  
*hendo sibi Obligationem acquirere, cur quoque suo nomine*  
*quod ex ea Obligatione debent, non solverent, l. 4. §. 1. 2. C.*  
*ad S. C. Vallei. Distractus namque in omnibus ferè ejus natu-*  
*ræ sunt, cujus contractus, l. 58. ff. de pact. Wesenb. §. fin. Inst.*  
*quib. alien. lic. Diversum Jure Saxonico statutum est de Fœ-*  
*minis, quo sine Curatore suo, quem eodem jure habere co-*  
*guntur, exceptis paucis casibus de bonis suis nihil alienare*  
*possunt. lib. 1. Landr. artic. 31. §. lib. 3. artic. 45. Novell. Constit.*  
*Elect. part. 2. Novell. 15. Etiam Conjuges sibi invicem,*  
*quoniam etiam Contractus inter eos subsistunt l. 12. ff. de in-*  
*rem vers. l. 78 §. 3 ff. de jur. dot. etiam Jure Saxon. nusquam*  
*enim id eodem jure prohibitum legimus, igitur veteri jure ad-*  
*huc standum est. l. 27. C. de testam. nam & jus Saxon. (quod*  
*probè notandum est) in terminis exorbitantibus à Jure Com-*  
*muni instar alicujus statuti strictè interpretandum est. Treutl.*  
*v. 1. Disp. 1. thes. ult. lit. B. §. ibi allegat. Quo tamen calu ma-*  
*rito (qui eodem jure constante matrimonio Uxoris Curator*  
*legitimus est) ne in propriam rem fiat autor cont. §. fin. Inst. de*  
*autor. tut. alium Curatorem adjungendum esse monet. Mo-*  
*ler. d. Constit. 15. Dummodo ea solutio donatiopem non sa-*  
*piat, constat namque omnes Donationes quocunque etiam*  
*titulo & colore velatæ & tectæ sint inter Conjuges irritas esse.*  
*l. 1. ff. §. t. t. de donat. int. vir. & ux. ub. Mejer. Colleg. π. thes. 4.*  
*etiam Jure Saxonico, vide Wesenb. parat. ff. d. t. in fin. Si*  
*Plures Correi debendi sint, is qui convenitur à Creditore*  
*solvere debet l. 7. C. de duob. reis stip. l. 3. §. 1. ff. eod. in soli-*  
*dum non pro parte ad. ll. quod nec jure novo mutatum esse*  
ajo



ajo cum Dn. pres. Exercit. 10. quest. 3. Nisi ad petitionem par-  
tis Unus Correeorum solverit, tum enim quasi tacito pacto di-  
visionem Creditor induxisse videtur. l. 18. ff. de pact. ub. Bartol.  
& ad l. pen. ff. de dud. reis stip. Boerius decision. 310. n. 10. Trenta-  
cing. variar. resolut. lib. 3. resol. 7. n. 2. Vel alieni in se tamen  
transfusi, idque vel ex Obligatione, ut Fidejussor,  
qui jure veteri etiam non excusso principali solvere teneba-  
tur. l. 2. l. 5. C. de fidej. Secus jure novo propter beneficium  
Excussionis auth. Presente C. d. t. Novell. 4. c. 1. Nisi ei renun-  
ciatum Vasq. lib. 1. Illust. quest. 33. n. 12. vel debitorem non  
esse solvendo notorium sit Bartol. in l. 116. ff. de V. S. n. 12. vel  
absens statuto tempore non redierit. d. auth. presente. Plures  
fallentias vid. apud Hyppol. de Marsil. tr. de fidejuss. n. 10. & seqq.  
Debitores delegati l. 12. ff. de novat. l. 5. C. eod. Constituētes  
l. 5. §. 2. ff. de const. pecun. quibus etiam beneficium excussio-  
nis. ex d. Auth. Schneidw. §. 9. Inst. de act. n. 29. & si plures, Di-  
visionis conceditur. l. ult. C. de Constit. pecun. Treutl. v. 1. Diss.  
23. thes. 8. lit. C. vel ex facto suo, ut heres immiscendo se vel  
adeundo hereditatem olim etiam ultra vires hereditarias l. 8.  
ff. de acquir. hered. ad cuius periculi evitacionem concessum  
est tempus deliberandi l. 23. §. 1. ff. de hered. instit. t. t. ff. & C.  
de jur. deliber. & beneficium inventarii l. fin. C. de jur. deliber.  
ibiq. DD. Fiscus nomine ejus, cujus bona ad se devolvit l. 6. pr.  
ff. de jur. sis. Zang. tr. de Except. parr. 3. c. 1. n. 19. (b) d. pr. Inst.  
d. t. idque vel voluntate Creditoris Expressa, ut Procu-  
rator mandatum habens vel generale. l. 87. ff. b. t.  
Mejer. colleg. π. thes. 41. de procur. non aliud tamen debi-  
tum, quam quod ipse Debitor soluturus fuisset. arg. l. 94. §. fin.  
vers. non eam ff. b. t. quoniam in mandato generali ea tantum  
continentur, quæcunque verisimile est, quenquam specialiter  
mandaturum arg. l. 7. ff. de pign. aut ipsum facturum fuisse.  
arg. l. 25. pr. vers. qui enim ff. de probat. Quod si aliud (ut de-  
bitum naturale, quod retineri tantum potest dixi thes. lit. b.)  
solverit, suo periculo id fecisse sciat, cum contra mandatum,  
cujus fines quæ diligentissime custodire debuisset l. 5. ff. mandat.  
hoc fecerit. arg. l. 46. ff. eod. Etiam (ut DD. vocant) sine Libera



l. 34. §. 3. ff. h. e. Clariss. Dn. Schmut. P. P. Lips. in not. Treutl.  
Disp. 27. ches. 5. lit. b. v. 1. quamvis alias alienare non possit l. 63  
ff. de procur. Solutio siquidem alienatio simplex non est, sed  
quæ simul acquisitionem continet l. 11. pr. ff. de acceptil. Anton.  
Fab. in Ration. ad l. 59. ff. de procurat. quibus casibus etiam non  
expectata & subsequente rati habitatione Domini solutio valet l.  
87. ff. h. t. Vel speciale l. 49. ff. h. t. ipse enim videtur solve-  
re, qui mandat solvit l. 56. ff. h. t. c. 72. de R. I. in 610. Quo ta-  
men casu Procurator, si Solutionis Effectum, liberationem  
nimir. consequi vult, omninò mandantis nomine solvere te-  
netur, nam si suo nomine hoc fecerit, neuter neque ipse Pro-  
curator neque mandans ex subtili juris ratione liberatur l. 17.  
ff. h. t. ubi ratio, quamvis æquitate gratia, ne scil. Creditor cum  
alterius damno locupletetur, receptum sit, ut procuratori liber-  
ratio contingat. d. l. 17. Domino verò, ne citra factum suum  
re privetur l. 11. ff. de R. I. vel actione mandati. d. l. 12. l. 12. §.  
10 ff. mandat. vel furti consulitur l. 52 §. 16. ff. de furt. Vel  
tacitè, ut negotiorum gestor, utilitate & necessitate ablen-  
tis amici solutionem desiderant l. 13. ff. h. t. quoniam natu-  
ralis & Civilis ratio suadet, ut absentis conditionem melio-  
rem faciamus. l. 39. ff. de negot. gest. & beneficio adfici homi-  
nem interest hominis. l. 7. ff. de serv. export. Ne tamen pro-  
pter beneficium & officium alteri præstitum quis ipse peri-  
clitetur & damno adficiatur cont. l. 7. ff. testam quemad. infir.  
Jura taliter solventi utili negotiorum gestorum actione, qua-  
id, quod utiliter expendit, consequi potest, succurrere volue-  
runt d. l. 32. ff. de neg. gest. Bursat. consil. 123. n. 18. aut ut ita  
loquar, Noluntate, ut qui pro invito & prohibente solvit d. l.  
39. l. 53. ff. h. t. ex qua solutione quidem Debitor liberatur. l.  
73. ff. h. t. atque ita invito etiam beneficium confertur, non  
tamen directo & soli de quo casu intelligenda sunt l. 69. ff. de  
R. I. l. 19. §. 2. ff. de donat. sed ex necessaria juris ratione quat.  
scil. Creditor suum recepit, & proinde Obligationis vincu-  
lum ipso jure dissolutum est, atque ita in consequentiam. Cla-  
riss. Dn. Arum. 16. Exercit. 1. Philipp. Matth. ad d. l. 69. §. 16.  
communiter DD. & per Creditorem, qui cum etiam invito De-  
bitore Obligationem distrahere potuisset. l. 17. ff. de hered. §.  
ad.



*act. vend.* Cur non solutionem accipere. *Dn. Pras. in præ-*  
*lect. privat. Inst. quib. mod. Obl. toll.* Solventi verò nullum jus  
repetendi id, quod solvit, superest, non à Creditore, is enim  
nomine Debitoris suum recepit. *l. 8. l. 44. ff. de condict. indeb.*  
*ubi Wesenb. parat ff. n. 5. nec à Debitore, l. fin. C. de negot. gest.*  
Donandi enim animo hoc fecisse creditur, licet eum expresse  
professus non fuerit, quo respectu duo ista inter se distinguun-  
tur *in l. 6. §. 2. ff. mandat. Bachov. 2. Disp. Trentl. 28. thes. 3. lit.*  
*G. nisi solutio illa tangat personam, libertatem, Civitatem.*  
*Bartol. ad l. 16. ff. de pecul. leg. n. 1.* Aut speciali legis conces-  
sione veluti tutores nomine Pupilli Curatoribus aut aliis  
Creditoribus *l. 9. §. 1. ff. de admin. tut. etiam sibiipsis d. l. 9. §. 5.*  
olim quidem indistinctè, hodiè tantum certis casibus *Novell.*  
*72. & 94. Rittershus. part. 8. Novell. c. 3. n. 5. & seqq.* Cura-  
tores *l. 13. ff. de negot. gest. 95. §. 7. ff. b. r. Althus. Dicaol. lib. 2.*  
*cap. 14. n. 17. (c)* Est enim ex genere permissorum *l. 12. ff. de*  
*judic.* non igitur Principem excipimus, is enim sicut contra-  
here etiam cum subditis potest. *Vasq. lib. 1. illust. quest. c. 3. n.*  
*1. & seqq. Rauchbar. part. 2. quest. 11. c. 5.* Cur non & solvere?  
*per dicta lit. H.* Cum enim cuivis privato hoc concessum sit,  
*arg. §. 2. Inst. de jur. N. & C.* Cur illud ipsum Principi de-  
denegaremus? *§. 4. Inst. quib. mod. par. potest.* Sed an etiam  
teneatur, non abs re quæritur? Negandum enim videtur, cum  
Legibus dicatur solutus *l. 31. ff. de legib.* affirmativæ tamen  
tanquam veriori subscribendum puto, non quidem ideò,  
quod vi quadam ad id compelli possit, id enim fieret aut  
à seipso contra *l. 13. §. 4. ff. ad S. C. Trebell. l. 10. ff. de jurisd.*  
aut ab alio, sed quis tantæ majestatis est, ut nolentem Princi-  
pem possit coarctare *Novell. 23. c. 2.* Sed quod ad observan-  
tiam justitiæ commutatricis, quæ rerum duntaxat non perso-  
narum rationem habet, *Wesenb. parat. ff. de l. & l. n. 11.* Prin-  
ceps æquè ac quivis privatus obstrictus sit, quodque lege illa  
naturali, quæ fidem servari jubet, neque populi consensu, ne-  
Senatus autoritate solvi potuerit. *l. 1. ff. de pact. Duar. ad l. 5. ff.*  
*eod. adde Clariss. Dn. Pras. Exercit. 1. quest. 8. n. 8. & seqq. 4. n.*  
*20. & seqq.*



### III.

Prohibentur autem, qui rerum suarum  
administrationem non habent, (a) idq<sup>3</sup> vel  
propter aetatem (b) vel animi (c) statusq<sup>3</sup>  
defectum (d) vel specialem legis prohibi-  
tionem. (e)

(a) l. 14. §. 1. ff. b. t. Mejer. coll. π. eod. thes. 6. (b) Ut  
Pupilli, qui propter iudicii sui crudelitatem, ne quidem  
naturaliter obligantur, l. 41. ff. de cond. indeb. l. 59. ff. de O. &  
A. quomodo ergo solvere possent? Cum non entis nullæ  
qualitates sint & privatio semper præsupponat habitum ut  
Logici, adeò ut licet ex contractu suo de facto solverint, nihil  
actum esse censeatur, quoniam solutum accipientis non fit,  
& ob id, si extet, vindicari, d. l. 29. ff. de cond. indeb. idem si  
mala fide consumtum sit l. 36. ff. de R. Vind. Si v. bona fide, con-  
dici potest d. l. 29. ff. de cond. indeb. Quod si ex contractu al-  
terius obligati hoc fecerint, solutio quidem etiam si per eam  
Conditio pupillorum melior facta sit, ut si fortè solutum sit,  
quod sub pœna aut gravioribus usuris debebatur, ut in l. 2. §.  
fin. ff. de eo quod cert. loc. mero jure non valet. l. 9. pr. & §. 3. ff.  
de aut. tut. quapropter etiam extans vindicari potest §. fin. Inst.  
quib. alien. lic. Quamvis tutor melius fecerit, ut eam solutio-  
nem, quæ è re pupillorum sit. ratam habeat, ne illud quod in  
favorem pupillorum introductum est, in eorum odium fle-  
ctatur. l. 6. C. de legib. *Timæus Fab. Disput. annivers. 17. thes. 8.*  
Consumtum verò bona fide, quia id revera debuit, condici  
non potest, l. 14. §. 1. ff. b. t. ne tandem hæc consumtio no-  
civa sit pupillis, utilitatis gratia receptum est, ut iis liberatio  
contingat. l. 19. §. 1. ff. de R. I. *eleganter Donell. 16. comm. 10.* nisi  
& hic fortè utilius sit condici pecuniam, quam solutionem ra-  
tificari, ut quando debitum naturale solutum est. *Wesemb. pa-  
rat. ff. de cond. indeb. n. 8.* Minores, qui propter ætatis lu-  
bri-



bricum *pr. Inst. de curat.* quamvis sua negotia benè gerere possint. *l. 1. §. fin. ff. de min. volentes Curatores accipiunt §. 2. Inst. d. 1. & ob id, cum administratione negotiorum suorum, quæ Curatoribus committitur, l. 20. ff. de rit. nupt. priventur. arg. l. 1. ff. de curat. furios.* nullo modo etiam obligari possunt *l. 3. C. de rest. t. in integ. Clariss. Dn. Pras. Exercit. 3. quest. 5. & quomodo possent? Obligatio siquidem juris vinculum est, quo necessitate adstringimur alicujus rei solvendæ *pr. Inst. de Oblig.* quali autem necessitate adstringerent hi res suas, quarum administratio penes Curatores est *arg. l. 21. C. mand. Clariss. Dn. Riem. Decad 3. quest 9.* Interim quando Obligatio absque ullus rei interventu, ut in casu *d. l. 20. ff. de rit. nupt.* expeditur, quin tunc obligentur, nullus dubito, per ea, quæ tradit *Dn. Riem. Dn. Pras. dd ll. sicut & quando nullos acceperint Curatores arg. l. 3. C. de rest. integ. & omnibus locis, ubi beneficio restitutionis in integrum juvantur, t. t. de minor.**

(b) Ut furiosi. *l. 40 ff. de R. 7.* Qui ideò etiam pro absentibus & quiescentibus habentur. *l. 2. §. 3. ff. de jur. codic. l. 124. §. fin. ff. de R. 7.* etiam in delictis atrocioribus. *l. 14 ff. de offic. presid.* Quod si tamen dilucida intervalla habeant, voluntas istius temporis intermissi ita attenditur, ut omnia ab eo gesta plenum sortiantur effectum *arg. l. 40. §. 4. ff. qui testam. f. c. poss.* Quod de furiosis dictum est, idem etiam in mente captis obtinet, cum furiosis ob nullam aliam causam administratio bonorum denegetur, quam quod mente careant. *§. 1. Inst. quib. non est perm. test. fac.* quamvis alias inter se maximè differant, vid. *Alciat. lib. 2. Parerg. c. 16.*

Adhanc classem referuntur etiam Prodigii. Non quod revera ratione careant, alias enim nec stipulando sibi acquirere possent *cont. l. 6. ff. de V. O. Philipp. Matth. ad l. 40. ff. de R. 7. num. 8. & seqq.* & in delictis atrocioribus iis parceretur, quod absurdum foret, cum ita vitium vitio conjunctum excusaret. *Bacchov. v. 2. Diss. Treutl. 30. thes. 3. lit. A. Clar. ff. Dn. Theodor. colleg. crim. Diss. 1. thes. 25. lit. b.* sed quod dissipando & lacerando bona sua furiosum faciant exitum *l. 12. §. fin. ff. de aut. tut. & ob id iis administratio bonorum in-*



terdicatur. d. l. 12. Bartol. ad l. 6. ff. de V. O. n. 6. Jul. Clar. lib. 5. §. fin. quest. 60. n. 11. Quomodo autem id fiat, vide Dn. Praef. Exercit. 3. quest. 6.

(c) Ut Servi §. 4. Inst. de cap. dimin. Et quidem tales vel natiuitate & venditione sui ipsius vel condemnatione, illi quia debere nequeunt. l. 41. ff. de pecul. usque adeo enim omnis Obligationis incapaces sunt, ut Dominis etiam inuitis acquirant, §. 3. Inst. per quas pers. cuiq. acq. pr. Inst. per quas pers. nob. Obl. idque ferè ex omnibus causis. l. 32. ff. de acq. rer. dom. ideo nec solvere. Solutio namque ut sup. lit. A. dictum est, Obligationem iure subsistentem praesupponit, quae cum in servis nulla sit, nec solutio inde facta ulla erit. l. 22. l. 32. ff. de R. J. nisi forsan peculiū à Dominis concessum habeant, l. 84. ff. h. t. per rationem in l. 46. ff. de pecul. l. 2. ff. de iurisd. aut actores constituti, solvendisque pecuniis, praepositi sint, l. 94. §. ult. ff. h. t. ub. Mejer. coll. π. th. 6. Quibus tamen & similibus casibus aliud debitum solvere non possunt, quam quod ipsi Domini solvissent, d. §. fin. vers. quia non. pro indeque debitum naturale solvendo nihil agunt. arg. eorum, quae de filio tractat. Anton. Faber in Ration. ad l. 14. ff. de R. C. Ex Condemnatione dicuntur servi poenae, l. 29. ff. de poen. Schneidw. §. 4. Inst. de iur. pers. quibus cum bona adempta & ad fiscum devoluta sint l. 1. §. t. t. ff. de bon. damn. quomodo solvere possunt? arg. l. ult. §. 1. ff. d. t. nisi sententia condemnatoria per appellationem sit suspensa, tum enim pendente appellatione alienatio quidem facta valet, quae tamen secuta postea confirmatione sententiae iudicis revocatur. Jul. Clar. lib. 5. §. fin. quest. 78. n. 20. Hodie verò poenam servitutis sublata, ut ut Testamentum facere non possint, Treurl. v. 2. Diss. 10. th. 2. lit. h. tamen eos solvere posse ajo. arg. aut bon. C. de bon. damnat. & Novell. 134. c. ult.

(c) Ut Rei Criminis laesae maiestatis l. 20. ff. de accus. l. ult. pr. C. & l. ult. ff. ad l. Jul. Majest. & Reperundarum d. l. 20. Mejer. coll. π. th. 6. ht. ab ipso die contracti criminis, quando notorium est, tum enim ipso iure fit confiscatio, si secus, quoniam in ignotis jus nostrum nihil operari potest, igitur sententia

con-



condemnatoria opus erit. *Clariss. Dn. Pras. Exercit. 14. quæst. 7. n. 14.* Ex aliis Criminibus in reatu constituti, quia bonorum suorum administrationem retinent. *l. ult. §. 1. ff. de bon. damnat.* ideo & solvere possunt. *l. 42. ff. h. t.* Quod si secuta sententia condemnatoria in fraudem filii hoc factum esse appareat illius soluti revocatio fisco permittitur *l. 46. ff. de jur. fis. Bartol. ad d. 15. ff. de donat.* etiam non attendita Chartula, ut DD. vocant, probatoriâ, quæ, si fides ejus aliis præsumtionibus & probationibus non confirmetur, merito hic rejicitur. *l. 9. C. de bon. proscr. l. 15. ff. de donat.* Ex speciali quoque juris ratione filius, pecuniam quam contra S. C. Macedonianum mutuatus est, ejus enim repetendi jus si-ve extet *l. 14. ff. de R. C. si-ve consumpta sit l. 9. §. 1. ff. de S. C. Macedon. cujus cum d. l. 14. conciliationem vide apud Mejer. colleg. π. th. 10. de S. C. Macedon.* Pater habet, non itidem filius *d. l. 9. §. 4. si-ve paterf. factus sit l. 7. §. ult. ff. d. r. si-ve non d. l. 9. §. 4. Mejer. coll. π. thes. 10.*

#### IV.

*Tutò autem solvitur ipsi Creditori (a) perfecta ætatis (b) & sana mentis (c) non alii (d) nisi voluntate Creditoris. (e)*

(a) Hic enim est, cui ex Obligatione debetur; etiam Furi & Prædoni *l. 55. ff. de cond. indeb. l. 22. §. 2. ff. de pign. act. dummodo tales esse ignorentur arg. l. 10. §. 6. ff. de in rem vers. l. 88. inf. ff. h. t. Jason. ad d. l. 55. n. 2.* Reis Capitalis criminis. *l. 41. ff. h. t. dummodo id absq; fraude fiat l. 46. §. 6. ff. de jur. fis.* quando autem fraude factum præsumitur, vid. *Bartol. ad l. 15. ff. de donat. n. 2. & seqq.* exceptis læsæ Majestatis & Perduellionis, quorum bona fisco ex ipso delicto quasi vindicantur *l. fin. pr. l. 5. §. 4. C. ad l. Jul. Majest. & iis, qui conscientia sceleris perterriti profugerunt & ad requirendum notati sunt l. 5. §. ult. ff. de req. reis ub. Bartol. ne per hoc fuga eorum instruat, d. l. ult. Wesenb. parat. eod. 51. & pœna*



Reip. debita protrahatur cont. l. 51. §. 2. ff. ad l. Aquil. Plures Creditores si sint omnino videndum est, an in solidum constituti sint, nec ne, Priori casu, quoniam in singulis in solidum Obligatio consistit, ita ut quasi una numero contracta videatur l. 3. §. 1. ff. de duob. reis stipul. pro lubitu cuicunque correorum debitor velit (gratificationi namque locus hic) solvendo liberatur l. 2. §. seq. ff. d. r. nisi alter judicialiter petierit l. 16. ff. d. r. ut Wesenb. parat. n. 8. l. 9. ff. de V. O. aut se solitarum constituerit l. 10. ff. de constit. pecun. Posteriori casu interest an bona debitoris omnibus Creditoribus sufficiant nec ne, illic, quia unicuique separatim debetur, l. 11. §. 1. ff. de duob. reis constit. unicuique etiam sua portio solvenda est. Duar. c. 5. b. t. nisi forte hoc ipsum natura rei solvendæ dissuadeat, ut si divisionem non recipiat, tum enim uni tota res accedente magistratus autoritate tuto solvitur. l. 81. §. 1. ff. b. t. Duar. d. loc. Hic vero iterum despiciendum est, an omnes Creditores æquale jus habeant, ejusdemque tituli sint, nec ne, si illud, & omnes simul institerint omnibus pro debita cujusvis portione solvendum est, (nec gratificationi hic locus l. 6. C. de bon. aut. jud. poss. l. 6. §. 7. ff. que in fraud. credit. Althus. Dialectog. lib. 2. c. 14. n. 34. ad eò ut nec prioris nec posterioris ulla habeatur ratio l. 32. ff. de reb. aut. jud. poss. l. 11. pr. ff. qui pot. in pig. Treut. v. 2. Disp. 24. rh. 6. lit. b. re autem integra, si quis sibi vigilaverit & suam quamvis sciens prudensque reum non esse solvendo receperit, nihil ab eo reperti potest. d. l. 6. §. 7. ff. que in fraud. cred. l. 24. ff. eod. Wesenb. parat. ff. de privileg. credit. n. 8. Si æquale jus non habeant, tunc concurrunt Creditores, qui aut jus vindicandi, aut privilegium reale, quod & mixtum vocatur Zas. ad l. 32. ff. de reb. aut. jud. poss. (ideò q̄ solum nō stat, sed simul conjuncta habet hypothea) & in specie jus prælationis dicitur, aut hypothea, aut Privilegium personale tantum habent; In tali concursu primò solvendum est iis, qui jus vindicandi habent, ut sunt, qui deposuerunt,



l. 24. §. 2. ff. de reb. aut. jud. poss. qui commodato l. 8. & l. 9.  
ff. commod. aut precario cōcesserunt. l. 1. pr. & §. 2. & 3.  
ff. de precar. locârunt, l. 39. ff. locat. & similes, quos lon-  
ga serie enumerat Mejer. coll. π. 11. 39. de reb. aut. jud. qui & mulieri  
in dote consumta (nā in dote extante æquē mulier jure hocce  
reali munita est, ut proinde privilegium Prælationis opus  
non habeat) omnibusque Creditoribus jus prælationis ha-  
bentibus præferuntur, quoniam iniquissimum esset, eos, qui  
dominium rei suæ retinuerunt, a petitione rei suæ excludi  
posse. Bacchov. v. 2. Diss. Treutl. 24. thes. 6. lit. b. fol. 613. Quod  
tamen Mejer. colleg. π. d. 11. 39. n. 10. de re extante intelligen-  
dum esse monet, quoniam tales si rem etiam mala fide con-  
sumtam condicant, meliorem creditoribus Chirographariis  
conditionem à jure Civili accepisse non leguntur Mejer. coll.  
π. d. 11. Quamvis hoc de deposito non ita simpliciter con-  
cesserim, vid. inf. h. lit. sub classe Creditorum, qui tantum  
privilegium personale habent. Si nemo horum inveniatur,  
iis, qui jus prælationis habent, & quidem inter eos, primo lo-  
co Creditoribus militiæ, qui etiam mulieri in dote ante-  
riorem hypothecam habenti præferuntur, Novell. 97. c. 4. P.  
Bus. ad. l. 6. ff. qui pot. in pig. n. 7. dummodo negotium fuerit  
gestum scriptis, cui testes subscripserint. d. Novell. 97. Ritters-  
bus. part. 3. exposit. Novell. c. 8. n. 9. Hos rectā viâ sequuntur  
Mulieres respectu dotis amissæ, quæ omnibus Creditori-  
bus & tacitam & expressam hypothecam habentibus præfe-  
runtur l. 12. §. 1. C. qui pot. in pig. Novell. 97. c. 3. & 4. ub. Cu-  
jac. fol. m. 320. vid. & Anton. Matth. in notis Inst. ad §. 29. de  
action. & ib. Communiter Dd. Ergo & fisco Mynsing. d. §. 29.  
n. 13. nisi maritus ex causa primipilari conveniatur, quo casu  
propter multa singularia, quæ fisco tributa sunt fiscum putem  
præferendum esse. Duar. in l. 1. ff. de solut. mar. plenius Baccho.  
vol. 2. Diss. 24. thes. 7. lit. b. Qui nominatim in refectione  
nem ædificii crediderunt, & quid ad emtionem rei pe-  
cuniam mutuati expressam sibi hypothecam in re em-  
ta reservarunt. l. 12. C. de pig. l. 5. ff. l. 7. C. qui potior. Anton. Fab.  
in



*in Rationabil. ad l. 25. ff. de R. C.* Hi non tantum jure eodem  
prælationis, quo mulieres muniti sunt, sed & mulieribus si iis  
prioribus tempore sint, præferuntur, *Novell. 97. c. 3* Cujus ex-  
plicationem elegantissimam vide apud *Rittershus. part. 5. Ex-  
pos. Novell. c. 3. n. 1.* Pupilli in rebus ex pecunia ipsorum com-  
paratis ab extraneo *l. 7. pr. ff. qui pot. in pig. l. 3. pr. ff. de reb. cor.  
qui sub tut. non à Tutore, tum enim iis utili rei vindicatione,  
satis superque consultum est. l. 2. C. quand. ex fact. tut. post  
Bartol. in l. 8. C. de Rei vind. n. 2. Bachov. v. 1. Disp. Tr. 15. thes 6.  
lit. D. & similes, quos vide apud Treutl. vol. 2. Disp. 1. th. 4. &  
Disput. 24. thes 7. ibiq; Bachov.* Quod si nec tales adsint, cum  
iis, qui hypothecam habent, eamque vel generalem, *l. 2.  
& 3. C. qui pot. in pig. vel specialem, l. 1. ff. de pig. l. 17. C. de  
distract. pig. vel expressam, quæ autoritate magistratus aut  
privata Conventionione constituitur. l. fin. C. de pretor. pig. vel  
tacitam, quæ ex dispositione legis introducitur. t. t. ff. & C.  
in quib. caus. tac. pig. l. cont. ut sunt Fiscus ex suo contractu  
l. 46. §. 3. ff. de jur. fisc. l. 2. C. in quib. caus. tac. pig. cont. Do-  
minus in illatis & investis in prædium urbanum. l. 2. l. 4. ff.  
in quib. caus. tac. secus in illatis in prædium rusticum. §. 3. Inst.  
de interdict. Dn. Sebmuck. in not. Treutl. vol. 2. Disp. 1. th. 3. lit.  
l. & in libris studiosorum. Treutl. d. loc. & vol. 1. Disp. 6. thes 3.  
lit. B.* Inter quos si concursus est, notanda est Regula &  
Generalis. (De Utraque & Expressa & Tacita hypotheca,  
quamvis eam ad Expressam tantum restringat *Sichard. in  
Rubr. C. in quib. caus. tacit. pig. n. 2. & seq. Cui satisfacit.  
Bachov. v. 2. Disp. Treutl. Disp. 24. th. 6. lit. E.*) quod prior  
tempore excludat posteriorem. *l. 8. C. qui pot. in pig.* Cu-  
jus rationem expressit *Donell. ad l. 2. C. d. r. ex l. 15. C. de pign.*  
Igitur & Fiscum excludet tacitam anteriorem hypothecam,  
habens, nihil enim speciale in fisco constitutum hic esse legi-  
mus, nisi quod anteriorem expressam generalem habentibus  
in bonis post contractum cum eo initum præferatur. *l. 28. ff.  
de jur. fisc. cujus conciliationem cum l. ult. ff. qui pot. in pig.  
vid. apud Bartol. d. l. ult. & d. l. 28. Cujac. 10. Observat. 22. Quot  
mo-*



modis autem quis dicatur Prior vid. *apud Treutl. v. 2. Diss. 24. tb. 6. lit. D.* quando autem constare non potest, cuius res prius obligata sit, is preferendus est, qui possessionem ejus habet. *l. 10. ff. de pig. l. 15. C. de rei vind. l. 128. ff. de R. 7.* & Specialis de Expressa tantum quod is preferatur, qui instrumentis publicè factis utitur, etiamsi sit posterior eo, qui privatim, nisi & hæc subscriptionibus trium vel amplius virorum interæ Opinionis sint vallata. *l. 11. C. qui pot. in pig.* Secus de Jure Saxon. quo generaliter constitutum est, ut hypothecæ in judicio contractæ aliis quibuscunq; extra judicium constitutis, licet tempore anterioribus, preferantur. *lib. 1. Landr. articul. 8. Novell. Elector. part. 2. c. 23. ubi Molerus.*

Tandem vocantur ii, qui privilegium personale tantum habent, qui hypothecariis nunquam excepto eo, qui in funus credidit. *l. 14. §. 1. l. 45. ff. de religios. & sumt.* quem etiam ex æquitate iis, qui jus prælationis atque ita etiam mulieri respectu dotis preferendum esse ajo *cum Anton. Fab. add. l. 45* Chirographariis verò semper preferuntur, ut *Resp. l. fin. ff. de reb. aut. jud. poss.* Deponens & reconsumpta. *l. 24. §. 2. ff. eod. Bachov. v. 2. Diss. 24. thes. ult. lit. g.*

Hæredibus Creditoris *l. 49. ff. b. t.* representant enim personam Creditoris, in cujus jus succedunt. *l. 62. ff. de R. 7.* & quidem si plures sint quoniam Obligationes ipso jure ex *l. 12. tabb.* inter eos divisæ sunt *l. 26. C. de pact. l. 25. §. 1. ff. fam. hercisc.* Unicuique pro portione hereditaria *l. 1. & 2. C. de hered. act.* Quod si tamen Debitor iis tantum hæredibus, quibus testator omnem pecuniam adscripserat in divisione solverit, adversus alios agentes se doti exceptione tueri poterit. *l. 1. C. de except. & præscript. Mejer. coll. π. tb. 7. b. t.* Sicut & tutus est, si ad instantiam partis heredum depositum solverit, tutior verò si hoc jussu magistratus accedente fecerit. *l. 81. §. 1. ff. b. t.*

(b) Non igitur Pupillo sine tutoris autoritate *l. 15. ff. b. t. l. 28. pr. ff. de pact.* quoniam solventi (licet Pupillus etiam exinde locupletior factus sit) ipso jure liberatio non contingit.

C

l.



l. 66. ff. h. t. quamvis hoc casu Exceptione doli, quæ ipsi ex æquitate conceditur (quoniam iniquum esset aliquem cum alterius detrimento fieri locupletiores) adversus pupillum denuò petentem se defendere possit. d. l. 66. §. 4. ff. de except. dol. mal. Quando autem pupillus locupletior factus censetur, vid. l. 47. pr. §. 1. ff. h. t. l. 4. §. 1. ff. de in rem vers. l. 27. §. 1. ff. de minor. add. Bartol. ad l. 1. §. 2. ff. commod. n. 2. Quod solveuti, qui in eo intentionem suam fundat, probandum est. l. 2. l. 5. ff. de probat. Zang. tr. de Except. part. 3. c. 1. n. 38. Cum tutoris igitur auctoritate ei rectè solvitur d. l. 25. ff. h. t. sed nec sic tutò, quoniam si ex ea solutione damno adficiatur Pupillus in integrum restituitur §. fin. Inst. quib. ali. lic. vel non. §. ib. DD. l. 2. C. si tut. vel Curat. Tutorum enim auctoritas, quia in favorem pupillorum introducta est, in odium ipsorum flecti. l. 6. C. de legib. & restitutionis auxilium impedire non potest. Hillig. Donell. Enucl. 16. Comment. 10. lit. F. nec est, quod de eodem bis solvendo conqueratur debitor, nisi de hoc, quod id sua Culpa excitarit. l. 206. ff. de R. J. nosse namque debuisset, aut peritiores consuluisse l. 9. §. 3. ff. de jur. & fact. ign. solutionem ad consequendam plenissimam securitatem non aliter fieri debere, quam decreto magistratus interveniente d. §. fin. Inst. d. t. §. l. 25. C. de adm. tut. Cum igitur ignorantia juris lapsus sit, est quod sibi imputet, quod eam non sit consecutus l. 9. ff. de jur. & fact. ig. Exceptit Justin. solutiones ex redditibus vel pensionibus annuis factas d. l. 25. C. de adm. tut. Ex quibus sequitur, debitorem, qui decreto magistratus interveniente solvit, consequi plenissimam securitatem, nec pupillum, utut maximè læsus sit in integrum restitui. d. §. fin. d. l. 25. Quæ de pupillo dicta sunt, ea etiam in Minore Curatorem habente obtinent, per ea quæ thes. antec. dicta sunt. Et autem qui Curatorem non habet tam à debitore proprio, quam paterno rectè solvitur, ideoque & Debitor ab Obligatione liberatur, minorque actiones, quas adversus eum habebat, amittit. Quod si tamen solum illud malè consumserit aut alias amiserit, ei subvenitur. t. t. ff. §. C. de min. nisi forsan juxta modum in l. 7. §. 2. ff. de minor. præscri-



scriptum id factum fuerit, quo casu Minor omninò non au-  
diatur. vid. *Ant Fab in Ration. ad d. l. 7. §. 2.*

(c) Ergò non furiosis, mente captis, &c. per  
tradita *thes. antec. lit. C.* ne quidem tutorum vel Curatorum  
autoritate, vel Consensu. *Donell. 16. Comm 10 n. 40.* illa enim  
ad integrandam personam & supplendam iudicii infirmita-  
tem *l. 32. §. 2. ff. de aq. poss.* hic ad actus confirmationem in-  
terponitur, *Wesemb. parat. ff. de autor. & consil. tut. vel curat.*  
*n. 5.* At quomodo id, quod non est *l. 40 ff. de R. J.* aut suppleri  
aut confirmari possit? vid. *Anon. Fab. lib 8. Conjectur. 6.* Ne-  
tamen ex longa solutionis cessatione talibus & similibus per-  
sonis aliquid damni enascatur tutoribus & curatoribus illo-  
rum rectè solvitur. *l. 14. §. 7 ff. t.* Quod de furiosis dictum est,  
idem & in Prodigis obtinet vid *sup. thes. 3.* Quibus cum de  
facto solvitur, quoniam solutio ipso jure nulla est. *Dn. Schmuc.*  
*Disp. Treutl. 11. thes. 5. lit. b. v. 1.* non opus erit, ut ad remedium  
restitutionis, si forsitan rem solutam aut consumserint aut alias  
amiserint, recurramus, *l. 16. pr. ff. de minor. ut putat Treutl. d.*  
*loc.*

(d) Nec filiof. nomine Patris. *l. 22. ff. b. t. ratio in.*  
*l. 39. ff. de negor. g. st. ub. Ant. Fab. in Ratio. arg l. 3. §. 3. ff. jud.*  
*sol. licet alias venustà juris fictione una eademque persona esse*  
*consequatur l. 11. C. de impub. & alii.* Nec contra *Guido Pap decis.*  
*526. n. 2. per l. 2. ff. ut legat. vel fideicom. erv. caus. non marito l.*  
*11. C. b. t.* Ne quidem à genero dos, quæ ipsi cum filia Uxore,  
communis est *l. 34. §. 6. ff. b. t. Hillig. Donell. Enucl. 16. Comm.*  
*11. lit. f.* Nec aliis conjunctis personis. *Bartol. ad l.*  
*12. ff. b. t. n. 2.* utut alias sine mandato agere possint. *l. 35. ff.*  
*de procurat.* Nec Creditori Creditoris, ut scil. ipso  
jure liberetur Debitor nisi in casu *l. 11. §. 5. ff. de pign. act. ub.*  
*Ant. Fab. in Rational.* Quin immò nec semper Exceptione  
quam habet *ex l. 6. in f. ff. de Excep. dol mal.* adversus Credi-  
torem, qui numeratam pecuniam ratam habere non vult,  
efficaciter uti potest. Quid enim, si ejusmodi debitum sol-  
vit, quod Creditor non solvisset, aut quod ab eo, propter Exce-  
ptiones, quas habuit, exigere non potuerit? Nónne eam Creditor



replicatione elidet? vid. Bachov. v. 2. Diss. 29. tb. 3. lit. A.  
Quamvis ne hæc quidem ipsi opus, si eo prohibente hoc fecit.  
l. fin. C. de negot. gest. Bartol. ad d. l. 6. ff. de Exc. dol. mal. Nec  
Procuratori ad agendum constituto, nam & absurdum esset,  
ut ei cui actio iudicati non datur, ante rem iudicatam solvi  
posset. l. 86. ff. b. t. ubi Bartol. l. 13. pr. ff. de pact. ubi. Ant. Fab.  
in Ration. & contra bonam fidem ageret Procurator, si aliud,  
quam quod ipsi mandatum est, faceret l. 5. pr. ff. mandat. Aliud  
quippe mandatum est solutionis accipiendæ, aliud actionis  
exercendæ. Zang. tr. de Except. d. part. 3. c. 1. n. 45. arg. l. 35.  
ff. de procur.

(e) Solutionem vel antecedente, eaque vel ex-  
pressa, ut Procuratori cui omnium negotiorum admi-  
nistratio commissa est l. 12. pr. ff. b. t. l. 34. §. 3. ff. b. t. Du-  
ar. c. 4. b. t. vel cur specialiter, ut solutiones acciperet  
mandatum est d. l. 12. pr. ff. b. t. tale namque mandatum plus  
aut certe non minus quam generale operatur Treutl. vol. 1.  
Diss. 27. thes. 5. lit. D. nec hic quidem ulla ratihabitione  
Creditori opus est arg. l. 78. ff. b. t. & ibi. Godof. Quod verum  
est, si mandatum in suis terminis permanerit, & procurator  
nomine Creditoris solutum tanquam ipsi restitutus acce-  
perit: Ceteroquin revocato mandato, tantum abest, ut Pro-  
curatori rectè solvatur, ut etiam debitor ignorans id revoca-  
tum, & bona fide solvens, ipso jure maneat Obligatus. l. 12. §.  
16. ff. mandat. Interea tamen, quia præviâ Creditoris volun-  
tate hoc ipsum fecit Debitor, æquum erit, ut ei succurratur l. 12.  
§. 2. ff. b. t. l. 51. ff. eod. ibiq. Wesenb. parat. n. 4. nec quicquam  
opitulatur Creditori, quod revocato jam mandato, atque  
ita extraneo solutionem factam esse prætendat l. 12. §. 16. ff.  
mandat. siquidem hoc ipsum ex ignorantia facti alieni, quod  
prudentissimos quosvis etiam fallere potest l. 2. ff. de jur. &  
fact. ign. & ideò meritò excusat l. 9. §. 2. ff. d. r. add. l. 29. §. 2.  
ff. mand. factum esse sciat; ut proinde, quod conqueratur,  
non habeat. Aliud verò dicendum, si Debitori voluntatem  
mutatam denunaiarit l. 3. C. de novat. aut debitor aliunde  
hoc resciverit. l. 12. §. 2. ff. b. t. Vel si animo luerandi & inter-  
ci-



cipiendi Procurator solutum acceperit, tum eum quoniam  
debitor adhuc rei solutæ dominium retinet, Liberatio autem  
nemini contingere potest, nisi in accipientem, Dominium  
transferat *arg. l. 17. ff. h. t.* ideo & adhuc obligatus manet *l. 38*  
*§. 1. ff. h. t.* Sed quia & nihil hic est, quod imputari possit debi-  
tori bona fide solventi, nec quemquam dolo alterius præ-  
gravari jura patiuntur *l. 74. ff. de R. J.* ideoque æquum est ei  
succurri, si paratus sit conditionem furtivam quam adversus  
Procuratorem habet, Creditori præstare *d. l. 38. §. 1. ff. h. t.* in  
cujus *§. 1. vers. sicut*; illud ipsum quod de Procuratore dixerat,  
simili casu illustrat Africanus, si sc. Creditor debitorem suum  
jusserit uxori suæ donationis causa solvere; nam & ibi pro-  
pter revocatam voluntatem, si uxor suo nomine solutionem  
accipiat, Debitor non liberatur, quoniam nec hic Dominium  
transfertur, non in uxorem, ea enim rem alienam & quidem  
scienter & invito Domino accipiendo potius furtum com-  
mittit, quam sibi acquirit. *l. 43. §. 3. ff. de furt.* nec in mari-  
tum, quia hic non potest, nisi per Uxorem Dominus factus  
videri, sed quomodo hoc? Cum Uxor furtum committat.  
*Cujac. tract. ad African. ad d. §. 1. fol. m. 383.* sed quoniam &  
hic debitor voluntate Creditoris, quam mutatam divinare  
non potuit, solvit, ideo & æquum erit, ei exceptione succurri  
*d. l. 38. §. 1.* Quod si voluntate mariti durante sit solutum,  
tum non Uxori propter prohibitas donationes inter conju-  
ges *l. 1. §. 1. ff. de donat. int. vir. & ux.* sed marito id acquiri-  
tur, Debitorq; liberatur. *l. 3. §. pen. ff. d. t. ampliff. Dn. Arum.*  
*Disp. 15. th. 16. add. Cujac. tr. ad Affric. d. loc. f. 384.*

Solutionis causa adjecto, utur ei nulla acquira-  
tur Obligatio, *§. 4. Inst. de inut. stipul.* etiam invito creditore  
*l. 12. §. 3. l. 106. ff. h. t.* dum enim adjecto solvitur ipsi Credi-  
tori solvitur, cum ex ejus voluntate antecedente solvatur.  
*Mejer. colleg. π. thes. 7. h. t.* quam Creditor, ne violetur for-  
ma Obligatiōi adjecta *d. l. 12. §. 3.* nec jus eligendi debitori  
semel quæsitum auferatur *l. 75. ff. de R. J.* immutare non po-  
test. *Alciat. ad l. 138 ff. de V. O.* plenius *Cujac. tract. ad Affric.*  
*ad l. 38. pr. ff. h. t. fol. m. 380.* Nec refert cujuscuque sit Con-  
di-



ditionis & ætatis adjectus, siquidem & seruo l. 9. ff. b. t. Pu-  
pillo l. 11. ff. eod. Quibus alias solvi non potest, dixi thes. an-  
tec. 3. adjectis solvi posse constat dd. ll. facultatem namque  
hancce solvendi ex sola Creditoris voluntate hic metimur, qui  
si exinde aliquid damni passus fuerit, sibi est, quod imputet,  
cur ejusmodi personam solutionis causa adjecerit. Bachov.  
v. 2. Diss. 29. thes. 3. lit. A. Et quia Creditor certam perso-  
nam elegit, ideo nec tutori, nisi conditionis implendæ causa  
hoc fiat, vel id quod solutum est in rem pupilli versum sit l. 95.  
§. 7. ff. b. t. nec Domino citra servi voluntatem. l. 9. ff. b. t. d.  
l. 95. §. 7. nec heredi adjecti l. 81. ff. b. t. quoniam actus mini-  
sterii ad heredes non transeunt. l. 44. pr. ff. de condit. & demonstr.  
Alciat ad l. 55. ff. de V. O. n. 3. solvi potest. Dicta tamé de adjecto  
non aliter procedunt, quam si res adhuc integra & debitor  
in eodem statu permanserit, nam si Creditor rem per judicem  
petierit, tunc litem contestando totum Obligationis jus in se  
transulit. arg. l. 33. §. 1. ff. de legat. 1. l. 16. ff. de duob. reis Duar.  
c. 5. b. t. aut Adjectus statum suum mutarit, tunc enim videtur  
deficere conditio, sub qua adjectus erat. l. 38. pr. ff. b. t. Sta-  
tum autem mutasse dicitur, si vel adoptatus, vel in exilium de-  
jectus, vel ei aqua & igni interdictum vel servus factus atque  
ita in deteriorem statum translatus est, d. l. 38. pr. ff. b. t. Quan-  
do auté in meliorem statum translatus est, ut si patriæ potestati  
subjectus liber & sui juris effectus, tunc quia meliori sive  
majori statui etiam minor inest arg. l. 1. §. 4. ff. de V. O. non  
videtur esse mutatus, quapropter ei adhuc solvi potest, de  
quo casu intelligenda est l. 56. §. 2. ff. de V. O. Donell lib. 16.  
consm. 10. & ib. Hollag. Bachov. v. 2. Diss. 29. th. 3. add. Bartol. ad  
d. l. 38. pr. ff. b. t. aliter vid. Alciat. ad d. l. 56. §. 2. ff. de V. O.  
n. 4. & seqq. Vel tacita, quæ colligitur vel ex Officii  
commissione, ut magistris navium t. t. ff. de exercit.  
act. Institori. t. t. ff. de Inst. act. vel Peculii conces-  
sione, ut seruo, l. 19. l. 35. ff. b. t. & t. t. de pecul. Vel  
sequente, ut quando creditor solutionem falso Procurato-  
ri aut Negotiorum gestori factam ratam habet l. 12. §. fin. ff.  
b. t.



b. r. rati habitio namque in actibus retro gestis tantum operatur, quantum ipsum mandatum. d. §. fin. & l. 60. ff. de R. J. Quod si eam ratam habere nolit, debitor minimè liberatur, solum tamen hac ratione solvens certi conditione repetere non prohibetur. l. 58. pr. ff. b. r. Bartol. ad l. 43. §. 1. ff. de furt.

V.

Ille autem ipse res, (a) quæ debentur, (b) non alia earum loco (c) solvenda sunt, cum omnibus accessionibus. (d)

(a) Dummodo earum commercium sit id est emendi vendendiq; invicem jus Ulpian. tit. 19. §. 9. nam Commercio nostro exemptæ, quia alienari non possunt l. 182. ff. de R. J. ideo nec solvi, per dicta thes. 2. lit. A. Exemptæ autem sunt vel absolutè, quæ nulli hominum nec inter vivos, nec per Testamentum acquiri possunt, ut res sacræ, Religiosæ, publicæ Civitatis, liber homo, quarum ne quidem æstimatio debetur §. 4. Instit. de legat. l. 83. §. 5. ff. de V. O. l. 13. pr. ff. ad l. Aquil. & quomodo deberetur cum ea in his iniri nec possit nec debeat l. 39. §. fin. ff. de legat. 1. ubi Bartol. Ad hoc tamen Obligatio & solutio harum rerum valet, ut Creditor, si eas ex titulo aliquo oneroso & ignoranter acceperit, interesse consequi possit §. fin. Inst. de cont. emt. l. 4. & seq. ff. eod. Bachov. v. r. Diss. 28. tb. 4. lit. A. immò iis casibus, ubi alienari possunt, ne hoc effugio quidem opus est, sed illæ ipsæ etiam præstari possunt; alienari autem possunt, vel ratione necessitatis, sicut de rebus sacris l. 17. C. de SS. Eccles. de quibus vide Mynsing. §. 8. Instit. de R. Divis. n. 6. & seq. de publicis l. fin. C. de reb. Civil. alien. Moz. tr. de Contract. c. quæ res vend. possit n. 18. De filiis tempore famis à parentibus l. 2. C. de patr. qui fil. dist. constitutum est, vel malitiæ, quo pertinet liber



ber homo, qui se ad pretium participandum venditari passus  
est. §. 4. *Iust. de iur. person. ubi Vultej. n. 4. add. Treutl. vol. 1.  
Disp. 28. thes. 4. & ibi Bacchov.* vel respectivè, quæ  
quidem aliàs alienari possunt, sed tam ob circumstantiam,  
non possunt, ut marmora vel tigna ædibus juncta, hæc enim  
ne urbs ruinis deformatur senatus detrahi vetat *t. t. ff. de rig.  
junct. l. 41. §. 1. ff. de legat. 1. Barbaris aurum l. 7. C. de  
commerc. & mercat. Arma l. 2. C. quæ res export. non  
poss. Vinum Oleum, &c. l. 1. C. d. t.* Plures res qua-  
rum alienatio interdicta enumeravit *Donell. 9. Comm. 10. Me-  
jer. colleg. π. thes. 67. & seqq. de contrahend. emt.* Et  
facta non impossibilia, quæ sunt talia vel naturâ,  
ut Cœlum digito attingere. §. 11. *Instit. de inut. stip. vel jure  
ut occidere hominem vel simile factum illicitum l. 15. ff. de  
cond. instit. vid. Wesenb. §. 8. Instit. de heredib. inst. n. 1. add. l.  
185. ff. de R. J. Rei autem vox quod non ignorandum in  
generali significato hic usurpatur, complectens sub ambi-  
tioso & Genera species l. 54. ff. de V. O. Quantitates  
l. 2. §. 1. & t. t. ff. de R. C. & facta l. 73. pr. ff. de V. O. l.  
218. ff. de V. S. de quibus singulis uberius. *lit. seq.**

(b) Quoniam autem id quod ex quavis Obligatione  
debetur, ut dictum, *thes. 1. lit. B. solvendum est l. 107. ff. b. t.*  
ideoque necessarium hic erit, cujuslibet Obligationis natu-  
ram, omnesq; res quæ in eam veniant, perscrutari. Est autem  
Obligatio omnis vel dandi, vel faciendi, vel restituen-  
di, vel tradendi, §. 1. *Instit. de action. ib. dare, facere, &  
aliis modis*, quæ verba ad proximè præcedentia dare, facere,  
referenda sunt, ut significant, non tantum ex Obligatione in-  
tendi adversarium debere oportere, sed & tradere, restituere,  
*post Cujas. Horomann. ad d. §. 1. non ad remotiora illa ex con-  
tractu vel maleficio, quasi his denotentur, quasi contractus,  
quasi maleficia, sicut vult Jason ad d. §. 1. n. 33. quem sequuntur  
communiter DD.* Natura Obligationis dandi hæc est,  
ut



ut quod in ea dari oportet, ita detur ut accipientis fiat  
§. 14. *Instit. de act. l. 167. pr. ff. de R. 7.* hoc est ut dominium earum transferatur *l. 175. §. fin. ff. de V. O. Alciat ad l. 28. ff. de V. O. n. 1. Mys d. §. 14. n. 4.* & quidem ita, ut nullo jure auferri possit. *l. 55. ff. d. t.* Quapropter rem alienam dando Debitor non liberatur *l. 17. ff. b. t.* quoniam accipientis non fit, ideoque re evicta æquè ac si data non esset, pristina Obligatio permanet *l. 33. l. 46. ff. b. t.* Quod si tamen bona fide sit accepta, hæc tamen illa datio valet, ut transeat jus usucapiendi. *l. 60. ff. b. t.* quod satis luculenter tituli pro donato, legato & c. demonstrant *Bachov. v. 2. Dissp. 7. thes. 4 l. C.* aut re bona fide consumpta debitor liberetur *d. l. 17. b. t.* sicut necis, qui hominem in genere debet, statuliberum præstando, quoniam nec hic plenè stipulatoris hominem fecit *l. 63. ff. de condict. indeb. licet conditio non extiterit l. 38. §. 3. ff. b. t.* Res, quæ in eam deducuntur, sunt Quantitates, Genera, Species. Quantitates cum *Gædd. ad l. 4. ff. de V. S. n. 23. & seqq. cont. Zas ad l. 2. pr. ff. de R. C. n. 27.* Dico non tantum pecuniam numeratam, sed & omnes alias res, quæ pondere, numero, & mensura constant *l. 87. pr. ff. de legat. 2. l. 95. vers. quia & hoc ff. de legat. 3.* Si quidem & in his non tam substantia sive materia, quàm valor in Considerationem venit *Bachov. v. 1. Dissput. Treutl. l. 20. thes. 1.* cum æquè ac pecunia numerata per solutionem in genere suo potius quam specie functionem recipiant *l. 2. §. 1. ff. de R. C. pr. Inst. quib. mod. re obl. cont.* de quibus notanda est Regula, quod non tantum in eodem genere reddendæ sint, sed & in eadem bonitate, qua datæ sunt, etiamsi de eo nihil dictum fuerit, *l. 3. ff. de R. C. ubi Anton. Fab. in ration.* Dixi autem in eodem genere, & non specie, quia propter naturalem harum rerum similitudinem atq; ut *Duaren. lib. 1. Dissp. 14.* identitatem quandam, alia re ejusdem generis soluta non aliud sed idem solutum videtur *Donell. ad d. l. 2. §. 1. ff. de R. C.* hinc & fungibiles dicuntur, funguntur enim vice mutua,  
D quo.



quoniam altera supplet vicem alterius, & una species tantum  
æstimatur, quanti altera *d. l. 2. §. 1. ubi Godofred. in not. Dua-  
ren. d. loc.* Nec in diverso v. g. pro tritico vinum &  
contra, quoniam hoc & naturæ conventionis, quæ idem ge-  
nus reddi desiderat *d. l. 2. §. 1.* & regulæ vulgari, quæ aliud pro  
alio solvi vetat *pr. Inst. quibus mod. toll. oblig. refragatur*, igitur  
nec æstimatio v. g. pro vino frumento, quoniam aliud etiam  
Res est, aliud æstimatio rei *l. 1. pr. ff. de rer. per mut. l. 1. pr. ff. de  
contr. emt. Alciat. d. l. 2. §. 1. ff. de R. C. n. 41. Wesenb. parat. ff.  
cod. n. 12.* & hoc ne quidem officio judicis, sicut enim Actori  
non conceditur æstimationem, sed ipsam rem in iudicium de-  
ducere *pr. Inst. de action. l. 51. ff. de O. & A.* ita nec Judici in  
aliud quam quod petatum est, condemnare, *l. 18. pr. ff. com-  
mun. divid. pr. & t. tit. Inst. de offic. Jud. ub. Schneidew. n. 5. add.  
l. fin. C. de fideic. lib.* Nisi magnitudo causæ aliud luadeat,  
ut si forsitan species debita amplius reperiri aut alias à debitore  
præstari non possit *l. 5. §. fin. ff. de in lit. jur.* aut actor rem  
oblatam acceptare velit, sit tamen lis de æstimatione *l. 26. ff.  
de re jud. ub. Mejer. colleg. n. thes. 12.* quibus & similibus casibus  
in æstimatione ineunda iudex sequetur æstimationem tem-  
poris & loci adjecti *l. 22. ff. de R. C.* quoniam die & loco ad-  
jecto id inter contrahentes actum videtur, ut is solus dies is so-  
lus locus spectetur, nec hac in re ulla differentia est inter bo-  
næ fidei & stricti juris iudicia, differentia verò & quidem ma-  
gna est, si tempus vel locus adjecti non sint, tum enim in bonæ  
fidei iudiciis Iudex rei rationem habebit à tempore moræ us-  
que ad condemnationem *l. 3. §. 2. ff. commod. id est in his Ju-  
dici libera ex æquo & bono æstimandi competit potestas  
quantum dari oporteat l. 2. §. 8. l. ult. ff. de eo quod cert. loc.  
ideoque totum refertur ad tempus rei iudicatæ Treutl. vol. 1.  
Disp. 20. th. 13.* in stricti verò juris iudiciis, quia iudex formu-  
læ petitionis adstringitur, ideoque ranti damnet reum, quan-  
ti fuerit litis contestatæ tempore *d. l. 3. §. 2. ff. commodat. l. 22.  
ff. de R. C. id est moræ post litem contestatam, (secus ante litem  
contestatam, de qua intelligenda est l. 37. ff. mandat. l. 3. ff. de  
tritic. condit. Cujas. ad l. 59. ff. de V. O.) commissæ ratio-  
nem*



nem non habeat *Hotoman. quest. illust. 16.* citra ullam distinctionem an in litem juratum sit, nec ne, ut vult *Bus. ad l. 22. ff. de R. C. n. 3. § 11.* Et in eadem bonitate *l. 3. ff. de R. C.* quoniam re deteriore reddita tantundem non videtur redditum, *arg. l. 3. §. 1. ff. commod.* hinc nec vinum novum, quod deterius, pro veteri quod melius solvi potest *d. l. 3. ubi Godof. ff. de R. C.* nisi novum vetus bonitate antecellat quo casu, exemplo novi frumenti quod veteri melius *l. 1. C. de condit. in publ. horr.* etiam pro veteri solvi posse rectè statuit *Bachov. v. 1. Disp. 20. lit. B. Anton. Fab. in Ration, ad d. l. 3.* Sed nunquid hæcenus dicta etiam in monetæ exolutione procedant, admodum perspicuum non est, planeque apud omnes non constat. Pro majori declaratione hujus quæstionis distinguendum puto, quod in Obligationem deductum sit aut Genus sive simpliciter Quantitas, quæ certum corpus subjectum non habet v. g. 100. thaleri 100. floreni, aut certa species, quæ oculis designari potest, v. g. 100. aurei, 100. Joachimici, &c. aut 100. floreni in 80. Joachimicos, hic tot numero Corpora sunt restituenda, quod accepta quocunque etiam modo valor monetæ vel auctus vel diminutus sit, *Mejer. colleg. π. thes. 30. R. C. Bachov. v. 2. Disp. 29. thes. 3. lit. C.* quoniam idem quod creditum est, in eodem genere reddendum est, in eodem autem genere etiam suo modo redditur, si in eodem genere, sive specie monetæ, quo accepta est, reddatur, *Bachov. d. l. & posito (non tamen concessio)* quod taliter res non reddatur in eodem genere, tamen propter Pactum, quod hic in continenti contractui adjectum est, licet etiam contra naturam contractus sit, nihilominus eadem species præstanda erit. *l. 48. ff. de pact. l. 23. ff. de R. J. Treutl. v. 1. Disp. 6. tb. 10.* Illic quamvis etiam certa tradita sit, quia verisimile est, numerum speciem non esse frustra omissam sufficit tot florenos, tot thaleros quot accepti sint, in quavis currenti minutula restituere, æstimatio enim hic potius credita videtur, quam corpora *l. 94. §. 1. ff. b. t. l. 65 §. 1. ff. de V. O.* in quibus terminis intelligendus est & *Bartol. d. l. 2. §. 1. ff. de R. C.* de quo nullum est dubium, Dubium verò & quidem maximum dubium, adeò, ut Prætor jurare possit,

D 2

sibi



sibi non liquere, si mutatio in minutula illa moneta contige-  
rit, Quodnam tempus in exolutione ejus spectandum, con-  
tractus nē, an solutionis? Ad hujus quæstionis decisionem  
præmittendum est, quod mutatio illa fiat vel in bonitate in-  
trinseca vel extrinseca, illa consistit in concreta materia, eaq;  
non omni sed certa & publicè electâ, auro videl. & argento &  
justo pondere, in *Schrot vnd Korn / l. 1. C. de veter. nu-  
mism. pot. l. 1. pr. ff. de contr. emt. Coler. tr. de process. execut.  
c. 10. pot. 1. n. 17. & seqq.* non in valva & valore, nisi aurum  
comicum sive abstractivam quandam monetam quis confin-  
gere velit, ut facit *Molin. tract. de Usur. quest. 92. n.  
696.* nam præterquam, quod satis refutatur *d. l. 1. C. de ver.  
num. pot. ib. ponderis & speciei*, abhorret hoc & fini monetæ,  
qui est sublevatio rerum permutandarum *d. l. 1. ff. de cont. emt.*  
Sicut enim, ut *Dn. Præsidis verbis Exercit. 9. quest. 2. n. 5.*  
Utat, olim in permutatione rerum non ad quamcunque rei  
permutandæ æstimationem à permutantium altero imposi-  
tam respectum fuit, sed ad bonitatem potius intrinsecam &  
naturalem, ita & idem in numo statuendum erit. Surrogatum  
namque ut tritum illud, sapit naturam ejus, in cujus locum  
surrogatum est. *l. 10. §. 2. ff. si quis caut. Bartol. l. 1. §. 10. ff. si te-  
stam. quis lib.* Hæc verò consistit in valvâ sive valore à com-  
muni vel publico imposito in *werdieren / oder genge vnd  
geb.* Quid verò sit tempus contractus, quid solutionis ad-  
spicere, vid. *Dn. Præs. d. Exercit. 9. quest. 3.* His igitur  
fundamentis positis quæstio est aut de mutatione monetæ in  
bonitate intrinseca & extrinseca simul, Et hic apud omnes in  
confesso est q̄ Creditor non possit cogi, ut solutionem in ea  
accipiat. (quoniam prorsus est alia moneta) nisi id quod deest  
priori, suppleatur. *Anton. Fab. c. 4. n. 2. fol. m. 79. & ib. allegat.  
tr. de var. num. debit. solut.* aut in alterutra tantum, eaque  
vel intrinseca tantum, ut quando valor quidem, qui tempore  
contractus erat, salvus permansit, sed materia & pondus im-  
minuta sunt, quo casu tempus contractus adspiciendum est.  
*Dn. Arum. Exercit. Justin. 12. th. 11. Treutl. v. 1. Disput. 20. thes.  
12. lit. B. & v. 2. Disp. 29. thes. 2. lit. C. ubi Bachov. vel extrinse-  
ca,*



ca, ut quando salva manente materia & pondere valor vel augetur, vel minuitur (quomodo autem id fiat *vid. Dn. Praesid. d. loc. n. 14.* Quo casu tempus solutionis adspiciendum esse putem. Cum *Bachov. dd. ll.* Plura de hac difficillima quaestione qui desiderat, *vid. Dn. Praes. d. Exercit. 9. quest. 2. & seq. & peculiarem tract. Anton. Fab. de var. nummar. deb. solut.* Species voco Corpora sub eodem genere comprehensa Aristotel. *ἐξ αὐτῶν εἶδη.* Logicis Individuæ, de quibus, si una tantum in Obligationem deducta sit, notanda est regula, quod illa ipsa numero non alia ejusdem generis, prout de quantitibus dictum est, solvenda sit. *l. 2. §. 1. ff. de R. C.* propter diversitatem bonitatis & æstimationis *Wesenbec parat. ff. eod. num. 11.* & proinde affectionem, quæ in species cadit, nec loco ejus æstimationis. *Treutl. v. 2. Disp. 27. th. 1. rationem vid. sup. hac lit. vers. natura obligationis,* nisi aliud suaserit, aut necessitas, ut, si res interierit, & quidem dolo & culpa debitoris, tum enim, ne alterius factum alteri nocivum sit. *! factum inf. ff. de R. J.* constitutum est, ut etiam in stricti Juris Judiciis debitor, cujus culpa id factum est, culpam præstet, eoque facto teneatur *Donell. ad l. 91. ff. de V. O.* Culpam autem præstat, si rei peremptæ loco, æstimationem præstat, *l. 47. §. 2. de legat. 1.* Quinimo si dolo è debitoris potestate res transierit, licet adhuc extet, cum eo, ut confestim æstimationem præstet, agi potest *d. l. 47. inf. pr. ff. de legat. 1. Alciat. ad l. 5. ff. de R. C. n. 14.* Si verò culpa, non adeò perfractè cum eo agendum est, sed ipsi dilatio, qua rem repræsentare possit, concedenda, *arg. l. 24. §. 6. ff. solut. mat.* Culpa autem ob quam quis æstimationem præstare tenetur, sicut duplex est, consistit enim vel in omittendo vel in committendo; Ita etiam ratione æstimationis duplicem sortitur effectum, ex hac enim, quæ in committendo consistit, æstimatio præstanda est in omnibus tam bonæ fidei quàm stricti Juris Judiciis *l. 31. §. 12. ff. de edilit. edict. l. 91. pr. ff. de V. O.* ex illa verò quæ in omittendo consistit, tantum in



bonæ fidei d. l. 31. §. 12. l. 47. §. penul. ff. de legat. 1. non in-  
stricti Juris Judiciis, in quibus debitor tantum simpliciter ad  
dandum non ad faciendum obligatus est, d. l. 91. ubi Zas. &  
Donell. num. 7. & ii. Aut æquitas, ut quia aliena res peti-  
tur, quam ipsam debitor, nisi immenso pretio à Domino  
emat, præstare æquit, §. 4. Instit. de legat. l. 71. §. 1. ff. de leg. 1.  
Quid verò si tantum mora debitoris interitum præcesserit? Et  
quia mora etiam quædam species culpæ est. Rittershus. ad l.  
23. ff. de R. J. c. 18. Obligationemque perpetuat l. 91. §. 2. ff. de  
V. O. ideoque debitor hæcæ pollutus frustra liberationem  
desiderat, l. 82. §. 1. ff. eod. ut ut etiam apud creditorem peri-  
tura fuisset l. 21. l. 23. ff. de constit. pec. l. 23. l. 49. ff. de V. O. plu-  
res ll. congeffit Bachov. v. 2. disput. 3. thes. 8. quem vide. Quod  
ex summa Juris ratione verissimum est, quam tamen ex æqui-  
tate temperandam esse & alia Juris ratio, & multi textus sua-  
dent: Quid enim si eodem modo apud creditorem peritura  
fuisset, l. 14. inf. ff. de pos. (unde autem cognoscere possit, an  
res eodem modo apud creditorem peritura fuisset nec ne, vid.  
Rittershus. d. l. 23. c. ult. Quid si simplex tantum mora sive  
dilatio præcesserit? vid. Hotomann. quest. illust. 30. Quid si  
post moram debitoris in accipiendo creditor moratus fuerit  
l. 17. ff. de peric. & comm. rei vend. tum debitori certò succur-  
rendum est Bachov. d. disp. 3. & v. 1. disp. 15. th. 7. Hotoman. d.  
l. Æstimatio autem hic, sicut & in omnibus dandi obligatio-  
nibus sive dolo sive culpa res perierit quanti res est. Donell. 26.  
comm. 5. & absque jurejurando in litem, quod affectionis vo-  
cant, fieri debet, arg. l. 5. pr. ff. de in lit. Jurej. Treutl. v. 1. disp.  
21. thes. 12. lit. E. & ibi Dn. Schmuc. Non verò absque jureju-  
rando, quod veritatis vocant, quando scilicet æstimatio rei  
certa non est, & à Judice, qui sine relatione Jurisj. rem, quæ  
non extat, æstimare non potest, facienda d. l. 5. §. fin. Si ve-  
rò plures: interest, an conjunctim debeatur, an verò  
disjunctim; illic regula notanda, quod omnes & singulæ  
res, quæ debentur, & quidem numero, præstandæ sint l. 08. ff.  
de



*de Solut. Trentl. v. 2. disp. 27. th. 3.* & quidem si uni tantum; illi uni omnes, si ab uno pluribus, quia species diversæ bonitatis & affectionis sunt, ut in pr. hujus vers. dictum, ideoque ne alter Creditorum plus altero accipiat omnibus & singulis pro indiviso sua portio attribuetur *l. 54. ff. de V. O. l. 29. ff. de solut.* id est, Si v. g. Stichus & Sejus ab uno Titio & Pamphilo debeantur, non solvetur Stichus Titio, Sejus Pamphilo, sed utriq; dimidiæ partes singulorū pro indiviso. *Dn. Pres. Exerc. 10 qu. 4. n. 13.* Et hæc de spinosissima illa quæstione, quæ ex obscurissima & difficillima stipulationum dividuam & individuarum materiæ ortum trahit, dicta sunt, de qua qui plura cupit vid. *Bachov. v. 2. disp. 27. th. 4. & 5. Dn. Pres. d. quæst. 4. & 5. & peculiarem tract. Baron.* Plura, quæ de rebus conjunctim debitis dici possunt, ex iis, quæ modò de una specie dixi, intelligi potest. Si verò plures disjunctim, utraque quidem est in Obligatione *l. 128. ff. de V. O. Jason. in l. 82. §. ult. ff. de legat. I.* Unius autem solutione liberatio inducitur. *d. l. 178.* & quidem illius, quam Debitor elegerit, huic enim regulariter in Obligationibus. *l. 10. §. fin. ff. de jur. dot. l. 95. pr. ff. b. t. Secus in legatis. §. 23. Inst. de legat.* Electio competit *dd. h. Zas. ad l. 2. ff. de V. O. n. 28. & seq.* etiam si per ignorantiam utramque dependerit *l. 10. C. de cond. indeb.* quod olim secus fuisse apparet *ex l. 21. ff. de condit. indeb.* Creditor verò illud jus eligendi aliter non habet, quam si id sibi nominatim constituerit, *l. 75. §. 8. l. 112. pr. ff. de V. O.* aut alternativa locorum sit mixta alternativæ rerum. *l. 2. §. 3. ff. de eo quod cert. loc. Zas. d. l.* Sed nunquid electione semel facta, Debitor vel Creditor voluntatem mutare possint, quæritur? Distinguedum est inter legata & conventiones, in illis, quia Electio statim executionem secum trahit, Dominiumque statim post electionem transfert, *l. 20. ff. de opt. vel elect. leg. neutri, neque Debitori neque Creditori hoc conceditur, Alciat. in l. 5. ff. de legat. 1. plenius in l. 112. ff. de V. O. n. 8.* In his verò aliud, observatur in Creditore, aliud in debitore, huic voluntatis variatio usque ad solutionem permittitur *l. 34. §. 6. l. 34. §. 6. ff. de contr. emt. l. 106. ff. de V. O. Cujac. ad l. 112. ff. de V. O.*

In



In illo sermo stipulatoris, respiciendus est, utrumne talis fuerit, quam re voluero, an quam volam, illic si semel elegerit, variare non licet, propter vim huius futuri, quod simplex futurum non est, sed quod, praeteritum admixtum habet, ideoque rem praeteritam perfectamque significat, cum igitur semel facta electione res perfecta sit, non mirum igitur, quod variatio amplius non admittatur. *Alciat. d. l. 112. ff. de V. O. n. 2. Duar. eod. & ibi comm. DD.* Hic verò quoniam tali verbo usus est, quod extensivum est, & tractum habet, *arg. l. 6. §. 1. ff. ad SC. Trebell. Cujac. l. 17. ff. de V. O.* ideoque nihil impedit, quominus voluntatem mutare possit, idque donec lis contestetur *d. l. 112. ff. de V. O.* Sed cur etiam non post lit. contestatam, cum per eam Actoris Condicio deterior fieri non solet, *l. 86. ff. de R. J. vid. Alciat. d. l. 112. n. 6. & seq.* Quod si alterutra etiam electa sed nondum praestita interierit, tunc quia una tantum permanet in Obligatione (in Obligationibus scilicet in legatis, quoniam in his statim Dominium transfertur, *dixi sup. pr. huius vers.* ideoque una illa, quae superest, nisi Creditor in accipiendo, aut debitor in dando rem, quam Creditor elegit, morati fuerint. *l. 95. pr. ff. h. t. ibiq. Bartol. n. 1.* aut Debitor rei illius, quae sine culpa ipsius perit, pretium offerre velit. *l. 47. §. 1. ff. de legat. 1. ub. Duar. praestanda erit. dd. ll.* Si verò utraque una Culpa Debitoris altera verò sine Culpa, tum, si Electionem habuerit Debitor, nullo modo ex stipulatu agi potest, cum illo tempore, quo interit, non commiserit stipulationem, ne tamen admissa impunita maneant, doli actio desiderabitur. *d. l. 95. §. 1. ib. Bartol.*

Genera verò nihil aliud sunt, quam plures res sub communi appellatione comprehensa. Logicae species; ut homo, Equus *l. 54. ff. de V. O.* Subalterna verò genera, quia in conventiones non veniunt, essent enim ludibrio, quoniam ut *Zaf. l. 5. ff. de V. O. n. 40.* promittens v. g. animal mulcam dando liberaretur *add. Heig. §. 22. Inst. de leg. ibiq. communiter DD.* multò minus Genera generalissima, ut sunt Substantia, Ens, Aliquid, quoniam ob nimiam eorum effusam naturam promittens Ens vel Aliquid etiam micam salis vel pulvi-

vi-



visculum præstando liberaretur, *Zaf. d. loc.* nisi sub certa determinatione in Obligationem deducta fuerint, ut animalia, quæ in stabulo, Res, quas in arca habeo, *Zaf. d. loc.* Vel personæ favor aliud desideret, ut quando Dos filia à patre promissa est, *l. 1. C. de dot. promiss. Donell. 16. comm. 1.* huc referri non possunt. De quibus notanda est Regula, quod Debitor generis liberetur, si speciem ejus generis nec optimam nec pessimam & totam *l. 9. §. 1. ff. b. t. e.* iam invito (Creditori Debitori enim & hic Electio in contractibus *l. 32. §. fin. ff. de cond. indeb.* secus in legatis præsertim jure novo. *§. 22. Inst. de legat.*) præstet, *l. 52. ff. mandat. l. 37. pr. ff. de legat. 1. ubi Cujac. add. Donell. lib. 8. comm. 9.* Et quia in obligationibus Generis sunt omnes species illius generis in obligatione. *l. 66. §. 3. ff. de leg. 2.* quapropter hac vel illa specie ante traditionem perempta Debitor nihilominus obligatus permanet *Zaf. l. 2. ff. de V. O. n. 54.* nisi & hic in accipiendo Creditor moratus fuerit. *argum. eorum, quæ sup. de disjunctivis Obligationibus dicta sunt.* De faciendi Obligationibus omnes ferè DD. consentiunt, quod ex iis Debitor ad faciendum præcisè non adstringatur, sed præstando interesse liberetur. *l. 13. §. fin. ff. de re jud. l. 72. pr. ff. de V. O. ub. post Bartol. n. 35. Jaf. n. 32. vid. §. fin. Inst. eod. ub. DD. casus quosdam exceptos, vid. ap. Jason. d. l. 72. n. 32. & seqq. Vasq. lib. 1. quest. illust. 35. n. 33. & seqq.* Præterquam enim quod incivile imò servile esset aliquem ad factum cogi posse, cum nec res exitum habere possit in perniciosa & obstinato debitore *Duar. d. l. 13. §. fin. de re jud.* tacitè inter Contrahentes actum esse videtur, ut, nisi factum fuerit, post moram per quandam novationis speciem succedat in locum facti id, quod interest. *Zaf. d. l. 72. ff. de V. O. n. 32. Bachov. v. 2. Disp. 29. thes. 3. lit. C.* Res, quæ in Obligationes faciendi deducuntur, sunt Fa&a, eaque non omnia, de quibus vid. *Zaf. d. l. n. 15. & seqq.* sed quæ nuda sive mera dicuntur *l. 98. §. 6. b. t.* & in labore solum consistunt, ut fodere, pingere, Romam ire &c. De quibus hæc Regula tenenda, quod factio pro facto soluto Debitori liberatio non con-

E



ingrat. l. 98. §. 6. ff. h. t. diversa enim facta diversæ res sunt  
d. §. 6. Aliud autem pro alio solvi non posse sæpissimè dictum  
est, Aliud autem dicitur vel ex specie, ut si quis cum Je-  
nam ire deberet Witebergam ivisset, aut aliud, quid fecisset,  
in quibus terminis d. §. 6. intelligendus est, ut enim Witeber-  
gam iret aut aliud quid faceret, non est in Obligatione, sed ut  
Jenam, igitur nec in solutione; vel ex persona, ut sunt  
facta, in quibus vertitur ingenium & disciplina, quoniam in-  
ter artifices & ingenii, naturæ, doctrinæ & institutionis ma-  
gna est differentia l. 31. ff. h. t. l. 26. §. 12. ff. de condict. indeb. fa-  
cta verò, quæ manu perficiuntur, quia per tertium æquè expe-  
diri possunt, nihil impedit, quo minus & ab eo præstentur.  
l. 13. C. de cont. stip. Donell. 19. comm. 9. Quod si Debitor fa-  
cta præstare nolit, non enim ut præstet, cogi potest, sup. hoc  
vers. monstratum est, tunc succedit in locum ejus quod inter-  
est, id est pecunia numerata deberi incipit, ad cujus præstatio-  
nem adeo obstrictus est, ut lite contestatâ Debitori nihil pro-  
fit, si faciat l. 84. ff. de V. O. l. 4. §. 8. ff. de damn. inf. Vasq. quest.  
illust. 25. n. 38. Verùm cum Creditor interesse illud probare  
teneatur, probatio autem illa in jure nostro habeatur pro dif-  
ficili, & præterea, ut maximè interesse probatum sit, plerunq;  
tamen ad minimam summam reduci possit §. fin. Inst. de V. O.  
l. fin. ff. de Prator. stip. Quapropter rectè Creditor fecerit, ni-  
si in angustias redigi velit, si certam pecuniæ quantitatem,  
(quam licet ejus quoque nihil intersit, petere potest. l. 38. §. 17.  
ff. de V. O.) sibi stipulatus fuerit d. §. fin. ub. Myns. Vultej. &  
communiter DD.

Restituendi Obligationes ita comparatæ sunt, ut illæ  
ipsæ res non aliæ juxt. d. lit. præc. quæ in eas deductæ cum  
omnibus fructibus l. 38. §. 4. ff. de usur. de quibus inf. lit. seq.  
non deterioratæ reddendæ sint l. 3. §. 1. ff. commod. nam rebus  
deterioratis redditus non eadem sed aliæ redditæ videntur.  
Mejer. colleg. π. thes. 13. commod. nisi una id, quod interest præ-  
stetur d. l. 3. §. 1. id est nisi id, quod valori & bonitati deest,  
pecuniâ suppleatur Ant. Fab. in Rational. ad d. l. 3. §. 1. quin-  
mò, si gravior sit rei deterioratio, ita ut rem habere non li-  
ceat,



ceat, Creditor eam cum pretio deteriorationis non cogitur recipere, ut benè *Bachov. v. 1. Disp. 24. thes. 3.* sed æstimationem omnimoda. Debitor præstare tenetur. Sicut & ad æstimationem ex necessitate re scil. dolo vel Culpa Debitoris perempta devenitur, quo casu tamen omninò interest an Dolo sive Culpa lata, quæ hic dolo æquiparantur *l. 226. ff. de V. S. Treutl. v. 1. Disp. 21. thes. 12. per ibid. alleg. ll.* an verò, levi tantum Res interierit, nam hic æstimatio ejus quod interest committitur Judici *l. 4. in f. ff. de in lit. jur.* illic verò, quia necessitas vendendi rem suam imponitur Creditori & quidem propter Debitoris dolum, ideò ipsi permittitur per juramentum in litem, quod Affectionis vocant, rem æstimare pretiumq; pro ea statuere *l. 8. ff. d. t. Wesen. parat. eod. n. 5. vid. tamen l. 4. §. 2. ff. d. t. & l. 13. C. de judic.*

Tradendi obligationes, quando ex titulo sive causa ad translationem domini idonea & speciali promanant, per omnia ferè ad simulantur Obligationibus dandi de quibus *l. 20. C. de pact. §. 40. Inst. de rerum divis. iisdemque Regulis coërcentur.* Quando ex titulo aliquo generali ut quia tibi promisi aliquam rem tradere, tum quam proximè accedit Obligationi faciendi. Sicut igitur in illis nemo factum præcisè præstare cogitur, dixi superius, ita nec in his de quibus intelligenda est. *l. 28. ff. de V. O.* Quod si verò factum præstare malit, sufficit si nudam possessionem in Creditorem transferat *d. l. 28. ibiq; Zasius n. 5. & seq. nisi & hic in obligatione sit genus tradi Jason ad d. l. 28. n. 3.* aut vacuum possessionem *l. 52. §. ult. ff. d. t. ub. Duaren. & Donell.* Quando autem ex speciali quidem titulo, sed ad translationem Domini inhabili, tunc nudam detentionem sufficit præstari cum continua patientia utendi *Mudæus tr. de contr. emt. C. ad que actio ex emt. n. 5.* aut loco ejus quod interest *l. 15. §. 8. ff. local. ub. Bartol. n. 5.* quod tamen perpetuum non est, ut ex depositi traditione patet.

(c) *pr. Inst. quib. mod. toll. obl. nisi necessitas, quæ legem non habere dicitur, aliud suadeat, ut se res præstari nequit,*



quit, idque vel propter impossibilitatem, ut quando perempta est, tum enim necessario ad aestimationis vel interesse praestationem deveniendum est, *dixi lit. preced.* Sic pecuniae debitor, si non possit solvere in aere nec emtores rerum suarum inveniat cogitur Creditor loco aëris Rem accipere; quo in casu observandae sunt conditiones ab Imp. in *Auth. Hoc nisi C. h. t. Novell. 4. c. 3* praescriptae. Cujus explicationem *vid. apud Rittershus. in Explic. Novell. part. 2. c. 3. n. 4. & seqq.* Quinimò si nec Rebus stipatus sit, tum quia stultum esset id exigere, quod fieri non potest *Gail. lib. 2. Observ. 72. n. 6.* Juxta illud *critum*; qui nihil habet/nihil dat, ideo melius facerent hic Creditores, ne sumtibus inanibus se vexarent *arg. l. 1. ff. de inoff. testam.* Ne tamen & hic Creditores prorsus re sua fraudarentur *l. 12. tabul. constitutum erat*, ut debitores obæratî à Creditoribus in vincula ducerentur *Gell. lib. 10. c. 1. Cujac. 3. Observat. 39.* aut, si multos haberent Creditores, in partes seccarentur *Gell. d. l. Covarruv. lib. 2. resolut. c. 1. n. 1.* Et quamvis lege *Papiria* rogatum esset, ne pecuniae creditae causa corpus obnoxium esset. *Liv. lib. 8. n. 28.* tamen ad veterem morem plerumque reditum esse satis, superque monstrant historiae & *l. 1. C. qui bon. ced. l. 12. C. de O. & A.* donec ab Imp. *Dioclet. & Maxim.* beneficium cessionis introductum est. *l. 4. C. qui bon. ced. poss.* ut debitores cedendo bona creditoribus vinculorum carcerisque injurias subterfugere possint, *de quo vid. Wesenb. parat. ff. de cess. bon. per tot.* non tamen eo beneficio obligatione prorsus liberantur, eoque si ad meliorem frugem perveniant, nihilominus in residuo à Creditoribus conveniri possunt, non quidem in solidum ob privilegium competentiae, quod cessione hac nacti sunt, sed in quantum facere possunt *§. fin. Inst. de act. ub. communiter DD. add. Treutl. v. 2. disp. 24. th. 4. ibiq. Bachov.*

(d) Quæ præcipuè duorum sunt generum, usurae & fructus hi aliter præstandi sunt in bonæ fidei judiciis aliter in stricti juris. In his nil nisi post litem contestatam, ex quo tempore omnis causa præstanda venit.



l. 38. §. 7. ff. de usur. ubi DD. add. Cujac. tr. ad Affric. 7. ad l. 37. de usuf. quod in dandi obligationibus verissimum secus in obligationibus tradendi, nam ibi fructus non quidem ut fructus, sed ut interesse præstandi sunt à tempore moræ etiam extrajudicialis. Alciat. in l. 114. ff. de V. O. n. 3. Vasq. controu. us. freq. pecul. lib. 3. c. 3. n. 42. Duaren. ad l. 114. ff. de V. O. & Restituendi propter plenam hujus vocis significationem l. 35. ff. de V. S. l. 173. §. 1. ff. de R. J. quæ facit ut in iis à tempore cuiuslibet moræ veniant text. in l. 7. §. 1. ff. de condict. caus. dat. l. 12. ff. eodem, plures ll. vide apud Vasq. d. c. n. 42. In bonæ fidei judiciis vero à tempore moræ etiam extrajudicialis l. 32. §. 2. ff. de usur. l. 17. §. 2. eodem Bachov. disp. 6. de act. tbes. 19. quæ etiam unica interpellatione fit vid. Treutl. v. 2. disp. 3. tbes. 7. lit. C. per alleg. ib. ll. & DD. Immo quando ex natura actionis veniunt, etiam nulla præcedente mora facta, sicut in actione ex vedito pretio soluto Bachov. & Schmuc. v. 1. disp. Treutl. 28. tbes. 11. h. t. D. & in actionibus ex quibus ad rei restitutionem agitur l. 38. §. 1. ff. de usur. Dn. Arum. tr. de mor. c. 8. n. 7. Circa illarum præstationem ibidem inter judicia bonæ fidei & stricti juris distinguendum est, ut in illis quidem ex mora etiam extrajudiciali debeantur l. 32. ff. de usur. quin & in compensationem alterius rei, quam alter percepit etiam sine ullius moræ consideratione l. 4. C. de act. emt. Bachov. disp. 6. de act. tbes. 19. In his verò non aliter quam ex stipulatione l. 3. C. de usur. l. 24. ff. de præf. verb. ne quidem ex pacto in continenti adjecto dd. ll. Treutl. v. 2. disp. 3. tbes. 3. lit. b. ub. Schmuc. nisi in casibus l. 7. ff. de naut. fæn. l. 12. C. de usur. l. 30. ff. eod. Novell. 136. nec ex mora ne quidem judiciali l. 1. C. de condict. indeb. Cujac. 14. obser. 22. Dn. Arum. disp. 14. tbes. 16. add. Vasq. lib. 3. pecul. cont. c. 63. n. 47. Quamvis contrarium in praxi hodiè observetur.

V I.

Et quidem debito modo (a) loco (b) & tempore. (c)

E 3

(a)



(a) Qui consistit in naturali præstatione l. 49. l. pen. ff. h. t. & quidem totius debiti. l. 39. §. 1. ff. l. 9. C. h. t. Wesenb. parat. ff. eod. n. 5. non partis alicujus, quæ invito Creditori obtrudi nequit l. 80. l. 99. ff. h. t. nisi debitor aliud pro alio solvere cont. l. 2. §. 1. ff. de R. C. aliud namque totum est, aliud pars arg. l. 56. §. 2. ff. de evict. Dn. Arum. Exercit. Justin. 16. th. 2. & semel quæsitam solidi Obligationem Creditori auferre velit, cont. l. fin. ff. de pact. l. 11. ff. de R. J. Dn. Riem. Decad. 11. thes. 7. Henon disp. 17. quest. 23. adeo, ut licet Creditor partem tantum Crediti in judicium deduxerit, post litem verò contestatam totum probet, adhuc idem obtineat §. 34. Inst. de act. quamvis secus fuerit jure veteri, quo Judex certæ sibi formulæ præscriptæ inhære cogebatur, & non nisi super eo, quod in judicium deductum erat pronuciare poterat, Bachov. v. 1. disp. 20. thes. 11. plenius eod. v. disp. 4. thes. 13. add Lindemann Exercit. Justin. 9. th. 140. Nisi debitum vel à Lege divisum sit ut inter heredes l. 25. §. 1. ff. fam. herc. l. 26. C. de pact. Fidejussores ex Epistola D. Hadriani §. 4. Inst. de fidej. etiam, cum in Obligatione singulos in solidum teneri adjectum est l. 3. C. d. t. Tutores exemplo fidejussorum. l. 1. §. 11. ff. de tut. & rat. d. st. vel aliter conventum l. 41. §. 1. ff. de usur. per rationem in l. 23. ff. de R. J. aut totum illud liquidum non fuerit; quo casu judex actorem, ut partem confessam & oblatam accipiat, condemnare potest. Zas. ad l. 21. ff. de R. C. n. 15. per l. 73. ff. de procur. & ita intelligenda est d. l. 21. Bachov. v. 2. disp. 29. thes. 3. lit. b. f. 995. Quamvis ne sic quidem partis solutione Debitor semper liberetur velut in casu l. 2. §. 1. ff. de V. O. l. 85. §. 4. ff. eod. l. 9 §. 1. ff. h. t. ub. Bartol. vid. Mejer. coll. π. th. 11. h. t. Neudinger

(b) Quo casu interest, an locus adjectus sit nec ne, illiciterum an Quantitas, an verò species debeatur, hæc eo loci sufficit solvi, ubi sita est, licet alibi contractum sit l. 12. §. 1. ff. depos. Creditorisque sumtibus & periculo exportari debet d. l. 12. §. 1. l. 11. §. 1. ff. ad exh. l. 10. ff. de R. V. Althus. Dicaeolog. lib. 2. c. 14. n. 65. Illa verò ubi petitur, l. 38. ff. de judic. petitur autem vel in loco Contractus, quem hic intelligo, ubi negotium gestum est l. 19. pr. & §. 1. ff. de judic. dummodo de-  
bi-



bitoribi veniatur c. 2. §. *contrabenter de for. compet. Coler. tr. de  
process. execut. par. 2. c. 1. n. 17. in fin. Wesenb. parat. ff. de judic.  
n. 16.* & quidem ita inveniatur, ut eò loci aliquamdiu substi-  
tuturus fuerit, alioquin si advena cum mercatore contraxerit,  
Debitor, nisi aliter convenerit, non compellitur ibidem se de-  
fendere *Paul. Bus ad l. 1. ff. de judic. n. 5. nisi tabernam vel  
officinam conductam d. l. 19. §. 2. ff. d. t. Cujac. 11. Observat. 13.  
vel bona sita ibidem habuerit, vide Covarruv. question. pract. c.  
11. n. 4. Anton. Fab. in Ration. d. l. 19. §. 2.* Vel domicilii,  
quod est commune forum, in quod omnes actiones reales &  
personales rectè institui possunt, *Bachov. disput. 1. thes. 31. de  
action. igitur & ex Contractu Coler. d. c. n. 41.* & quidem simul  
atque contractus celebratus est non expectato tempore mo-  
vendæ actionis *l. 2. C. de jurisd. Bachov. v. 1. disp. 3. th. 8. lit. C.*  
Domicilium autem dum dico, intelligo domicilium debito-  
ris, in quo Creditor solutionem petere debet, *Bartol. in l. 18. pr.  
ff. de constit. pecun. interdum & Creditoris, quando Debitor  
Oblatione solutionis à poena solutioni adjecta se liberare  
aut usurarum cursum sistere vult. Bachov. vol. 2. disp. Tr. 29. th.  
3. lit. H.* Illic quando scil. locus adjectus est, sicut Creditor  
alio loco ab invito Debitor petere nequit. *l. 1. ff. de eo quod  
cert. loc. l. 2. §. 2. ff. eod. præterquam arbitraria actione, d. l. 1. §.  
1. r. ff. de eo quod cert. loc. nisi in poenam plus petitionis incide-  
re velit. §. 34. Inst. de act. ita nec invito creditori alio loco sol-  
vere Debitor, nisi una omne id, quod interest actoris in loco  
convento non solvisse una præstet, l. 2. §. 7. §. 1. r. ff. de eo  
quod cert. loc. alias enim minus quam debet, solveret arg. d. §.  
34. Inst. de act. ib. communiter DD.*

(c) Ut scil. quod purè debetur statim solvatur §. 2. *Inst.  
de V. O. l. 14. ff. de R. I.* Quod tamen non ita intelligendum  
est, quasi eo ipso momento, quo cæptum est deberi, Debitor  
cum sacco paratus Creditorem accedat, sed cum aliquo tem-  
poris moderamine. *l. 105. ff. h. t. §. ult. Inst. de inut. stip. quod  
in jure vel determinatum est, ut in constituto ad minimum 10  
dies l. 21. §. 1. ff. de constit. pec. Condemnatis 4. menses l. 7.*

§



*§ seq. C. de usur. rei jud.* Jure Sax. 14. dies Landr. lib. 2. artic. 5. Schneidw. d. §. 2. Inst. de V. O. n. 5. vel indeterminatum, cujus determinatio judicis arbitrio committitur. arg. l. 15 in fin. pr. ff. ad munic. Si dies adjectus est, interest, an adjectus sit, ut terminus, à quo, an ut terminus ad quē, illic post diem proximè sequentem (nam eo ipso die, in quem stipulatio concepta est, cum totus ille dies arbitrio solventis relictus sit §. 2. Inst. de V. O. l. 42. ff. eod. ab Alciat. n. 1. § seqq.) solvendum est, alias enim minus solveretur, l. 85. ff. b. t. l. 12. §. 1. ff. de V. S. Quoniam autem favore debitoris dies plerumq; adjicitur l. 36. §. 16. l. 41. §. 1. ff. de V. O. Ideoque nihil impedit, quo minus huic suo favori renunciare l. pen. C. de pact. & etiam invito creditore ante diem solvere possit l. 137. §. 2. ff. de V. O. l. 98. §. 4. ff. b. t. secus si ex mente contrahentium eum favore creditoris adjectum esse appareat l. 17. ff. de R. J. Dn. Arum. Exerc. 16. thes. 3. Dn. Riem. Decad. 11. quest. 9. add. Bachov. v. 2. Disp. 29. th. 2. lit. I. Et quoniam debitor etiam ante diei existentiam revera debitor est, l. 213. ff. de V. S. quapropter ejus, quod etiam errore ante ejus existentiam solvit nullum condicendi Jus habet, l. 10. ff. de cond. indeb. ut nec medii inter usurii. Treutl. v. 1. Disp. 22. thes. 5. lit. E. ibiq; Dn. Schmuc. æquius tamen erit, ut hujus, si temporis illud intervallum longius fuerit (ne cum Damno debitoris creditor locupletetur l. 14. ff. de condict.) ratio habeatur Bachov. d. disp. Treutl. d. loc. Vel ad quem, quo casu cum purè obligatio contracta sit, omnia, quæcunque de pura obligatione supra dicta sunt, & huic accommodari possunt, illud tamen speciale habet, quod certò temporis spatio inclusa sit, post quod agens Exceptione repelli potest l. 44. §. 1. ff. de O. & A. §. 3. Inst. de V. O. Illud quod sub conditione debetur, quia revera debitum non est, pendente enim Conditione nec cessit nec venit dies l. 213. ff. de V. S. ideoque & nemo ex eo necessitate alicujus rei solvendæ adstrictus est arg. l. 108. ff. de V. S. l. 8. ff. de O. & A. solumque errore tanquam indebitum repetitur l. 16. pr. ff. de condict. indeb. Mejer. colleg. n. thes.



*thes. 13. b. 1.* Quod si tamen volens Debitor consentienti  
Creditori & hic solvat, ad hoc solutio illa prodest, ut debitor  
existente conditione liberetur, deficiente repetatur. *Hillig.*  
*Donell. Enucl. 6. comm. 11. lit. A. per l. 16. ff. b. t.* Cujus expli-  
catio vid. apud *Bachov. v. 2. d. sp. 21. th. thes. 7. lit. K.* Quod de  
debito conditionali dictum est, etiam in eo, quod ad diem  
simpliciter incertum debetur, obtinet, habetur enim etiam  
pro conditionali. *l. 75. ff. de condit. & demonstr. Dn. Arum. disp.*  
*11. thes. 16.*

## VII.

*Solutione modo prescripto facta, Debi-*  
*tor ab omni Obligatione (a) principali*  
*(b) & accessoria (c) ipso jure (d) liberatur*  
*(e) Creditor vero rei soluta dominium tran-*  
*ciscitur. (f)*

(a) Sive re, sive verbis, sive quovis modo contracta *l. 80.*  
*ff. b. t. l. 107. ff. eod.* & vel naturali & civili simul *l. 5. C. de pact.*  
vel naturali tantum. *l. 95. §. 4. ff. b. t.* vel civili tantum, si scil.  
sciens vel eo animo solverit, ut civili hac qualicumque Obliga-  
tione liberetur. *l. 26. §. 2. ff. de condict. indeb. Hillig. Donell. Enucl.*  
*com. 16. cap. 12. lit. A.* nam si ignorans vel errore id fecerit, quo-  
niam Exceptione perpetua tutus solutum repetit, ideoque ab  
ea non liberatur *l. 34. §. ult. ff. b. t.* siquidem una eademque  
solutio & liberationem & repetitionem parere non potest  
*Bartol. d. §. ult (b)* nec interest ab ipso Debitore, an à quovis  
alio sit facta *pr. Inst. quib. mod. Oblig. toll.* nisi hoc, quod illic  
Obligatio tam firmiter tollatur, ut etiam omnia, quæcunque  
ei coherant, liberentur *l. 38. §. 2. l. 43. ff. b. t. l. 71. ff. de fidej.*  
hic non itidem, facta enim ab intercessoribus respectu Credi-  
toris quidem etiam Debitoris Obligatio tollitur, intercessores  
tamen omne id, quod solverunt vel actione mandati contra-  
ria *§. 6. Inst. de fidej. l. 14. C. eod.* vel *Negotiorum gestorum*



*l. 56. l. 20. §. 1. ff. mandat. repetere possunt. Heig. d. §. 6. Instit.*  
*n. 1. Ab extraneis verò Creditori non invito (secus invito l. 5.*  
*C. de negot. gest. is enim nomen vendere cogi non potest. l. 11.*  
*C. de cont. emt. l. 16. C. de jur. delib. Donell. l. 5. C. b. t.) quia pri-*  
*stina Obligatio mutatâ tantum personâ Creditoris firmiter*  
*permanet, quomodo igitur eam sublatam esse dicere possi-*  
*mus? vid. l. 50. C. b. t. Mejer. coll. π. thes. 14. b. t. plura sup. th.*  
*2. lit. B. (c) Juxta Regulam, sublato Principali tollitur & ac-*  
*cessorium l. 129. §. fin. l. 178. ff. de R. J. hinc nec fidejussores*  
*amplius tenentur l. 43. ff. b. t. nisi forsan res in solutum data*  
*evincatur & Debitor amplius solvendo non sit. Dn. Arum. Ex-*  
*ercit. 13. th. 21. & omnes intercessores dix. lit. præc. & ejusdem*  
*Obligationis socii liberantur. d. l. 43. ff. b. t. l. 71. ff. de fidej. l. 3*  
*§. ult. ff. de duob. rei const. Pignoris obligatio cessat l. 11. §. 3. l. 40*  
*§. fin. ff. de pign. quarum conciliationem cum l. 2. C. de luit.*  
*pig. vid. apud Bachov. v. 2. disp. Treutl. 1. th. 9. Usurarum quoq;*  
*etiam præteritarum, (nisi per se debeantur) quamvis earum,*  
*nulla facta sit mentio l. 4. C. de pos. l. 8. l. fin. ff. de eo quod cert.*  
*loc. amplius ratio non habetur. vid. tamen Bartol. ad d. l. fin. n. 3.*  
*Hactenus autem dicta tum demum procedunt, cum totû De-*  
*bitum solutum est, particularis siquidem solutio ab accesso-*  
*ria Obligatione ipso jure non liberat. l. 85. §. 6. ff. de V. O. l. 9.*  
*§. 3. ff. de pign. act. ub. Ant. Fab. in Ration. per l. 41. §. 1. ff. de usur. nisi*  
*per Exceptionem ratione æquitatis arg. l. 9. §. 1. ff. si quis caut.*  
*in jud. l. 30. pr. ff. de usu & usufr. Mejer. coll. π. th. 11. b. t. (d) Et*  
*quidem si totum debitum solvit, totaliter, si partem, quoad*  
*istam partem l. 9. §. 1. ff. b. t. ubi Bartol. add. sup. th. 6. lit. A. Præ-*  
*terea debito totaliter soluto Debitori Chirographum utpote*  
*jam sine causa apud Creditorem existens reddendum est, ad qd*  
*Creditor, si id Debitori denegat, cõditione sine causa cõpelli*  
*potest. l. ult. C. b. t. l. 2. C. de condit. ex leg. quinimò ob ma-*  
*jo rem rei gestæ fidem nec Aponcha ei deneganda est. l. 14. C. b.*  
*t. Godof. ad l. fin. C. eod. lit. O. (e) Si sc. debitor ipse aut alius*  
*nomine ipsius solvit Bus. ad l. 28. ff. mandat. nam alias, quod*  
*fidejussor vel alius quis non Debitoris sed suo nomine solvit,*  
*id ipso jure Debitorem non liberat, sed tantum per Exceptio-*  
*nem*



nem l. 31. ff. de petit. hered. ub. Ant. Fab. in Ration. P. Bus. d. l. 28.  
n. 4. Differentiam liberationis, quæ ipso jure vel ope Exceptio-  
nis contingit vide apud Zas. ad l. 27. §. 2. ff. de pact. Bachov. v. 2.  
disp. 29. th. 1. Animadvertendū tamē hic est, solutionē tum de-  
mū eos producere Effectus, cum eam intervenisse probatū est  
Duar. b. t. c. 6 Solutio n. cum facti sit. Alciat. ad l. 97. ff. de V. O. n.  
5. non præsumitur sed probari debet Meno. lib. 3. de præsumt. præ-  
sumt. 135. Probanda v. ab eo, qui in ea intentionem suam fū-  
dat, id est, qui se solvisse dicit l. ult. C. b. t. l. 21. ff. de probat. &  
quidem vel testibus t. t. ff. & C. de testib. exceptis Collectarum  
solutionibus Bartol. in l. 1. C. de apoch. publ. per l. 2. C. de conven.  
fisc. debit. lib. 10. vel verapocham. l. 14. ff. b. t. l. 19. C. de fid. instr. (f)  
Et quidem irrevocabiler. l. 10. C. b. t. aut usucapiendi condi-  
tio dixi sup. th. 5. lit. b. nisi id impediatur vel persona solventis.  
sup. th. 3. accipientis. th. 4. lit. b. & C. vel res quæ in solutum da-  
ta th. 5. lit. A. Re autem indebita soluta ejus quidem domi-  
nium accipienti acquiritur t. t. ff. & C. de condict. indeb. Dn.  
Riem. Decad. 9. quæst. 7. sed tantum revocabiler, cum condici  
possit d. t. t. & Riem. d. l.

### IIIX.

*Solutione non sufficienter facta ab eo, qui  
ex pluribus causis debet, aut ab ipso debitore  
(a) in quam solutum velit, expressum est,  
aut à Creditore (b) in quam acceptum, aut à  
neutro. (c)*

(a) Cui meritò primæ partes in Eligendo conceduntur  
l. 1. C. b. t. Cum quilibet modum rei suæ, quem vult, apponere  
possit l. 1. ff. b. t. l. 48 ff. de pact. dum modo hoc in continenti id  
est in ipsa solutione vel paulo post priusquam deveniatur ad  
actum aliquem extraneum, faciat d. l. 1. in f. ff. d. t. ub. Bartol. n.  
6. add. Sic hard. ad l. 1. C. eod. n. 5. Nec quicquam hujus Electio-  
ni



ni Contraria Creditoris protestatio, quod se. in aliam causam  
acceptum velit, obest *l. 102 §. 1. in ff. b. t. l. ult. ff. quib. mod. pig.*  
ad quid enim Debitori Electionis beneficium prodesset, si con-  
traria Creditoris protestatione dilui posset. *Hartm. Pistor. lib 3.*  
*quest. 21. n. 4.* Ex certa tamen causa integrum est Creditori et-  
iam non accipere, id quod electum est, ut si tantum pars  
unius causæ electa & soluta sit *l. 3 ff. famil. hercis.* immò, ut ut  
etiam totum alicujus causæ, adhuc tamen præcisè, ut in eam.  
accipiat, compelli non potest *l. 2. ff. b. t.* dico autem præcisè,  
quoniam illud etiam debitori donare *t. t. ff. C. de donat.* aut  
in mare projicere potest. *arg. l. 21. C. mandat.* Causative verò si  
se. Credito suo privari non vult *Sichard. d. l. 1. C. b. t. n. 9.* omninò  
cogi potest: Debitori namque satis superq; hic provisum est,  
ut debitum ob signatum deponere. *l. 9. C. b. t.* vel si citra  
culpam ipsius perentum adversus Creditorem denuò peten-  
tem exceptione doli mali se tueri possit. *l. 72. pr. ff. b. t. Hartm.*  
*Pistor d. quest. 21. Sichard. d. loc. (b)* Si scil. Debitor se non de-  
claret, in quam causam solutum velit *d. l. 1. ff. b. t.* Electio ta-  
men hic meræ & liberæ Creditoris voluntati non relinquitur,  
sed limitata atque certis cancellis circumdata est, rem namq;  
Debitoris ita agere debet, ut suam, si ipse Debitor esset, ageret,  
ideoque in eam causam debitum constituere debet, in quam,  
si ipse deberet, soluturus esset, atq; ita in durio rem, non (quam  
vocem transponendam in *l. 1. ff. b. t.* sequentia textus & *l. 97.*  
*ff. b. t.* monet. *Dr. Arum. disp. 23. th. 11.*) quod est in contro-  
versia, aut quod pro alio quis fidejusserat, aut ejus dies non-  
dum venerat *d. l. 1. vid. lit. seq.* Non tamen proinde superva-  
caneam erit illi hoc eligendi jus, quamquam in eam causam  
ex ratione juris etiam tacitè imputasse præsumitur Debitor *l.*  
*103. ff. b. t.* & imputare tenetur Creditor, quæ utilior futura est  
Debitori, quia in aliis suis non destituitur Effectibus. Quid  
enim si par Debitorum causa? tum enim concessum est Credi-  
tori in quamcunque velit *DD. ad l. 1. ff. b. t.* cum tamen inde-  
finitè factum in omnem pariter causam imputare teneatur  
*l. 8. ff. b. t. Hartm. Pistor. d. quest. 21. n. 4.* Quid si probare ve-  
lit, se, si Debitor esset in eam, quam elegit causam, quamvis le-  
vior



vior sit, potius quam in aliam graviolem, soluturum fuisse.  
*Hillig. Donell. Enucl. 16. comm. 12. lit. C.* Quod si verò de facto  
in leviolem imputarit, in arbitrio Debitoris erit, imputatio-  
nem illam aut admittere, aut Creditore voluntatem suam non  
mutante id, quod solvit ad se recipere *Bachov. v. 2. disp. 29. th. 3*  
*lit. C. add. Bartol. ad l. 1. ff. h. t. n. 8.* (c) Quo casu con-  
cursus est vel plurimarum causarum principalium  
vel principalium cum accessoriis, illic notanda est Regu-  
la, quod indefinitè solutum est, id in duriolem causam  
imputari debet *l. 3. ff. h. t. l. 103. ff. eod.* Durior autem,  
dicitur, quæ debitorem magis prægravat, quaque ve-  
rissimè est, eum ante omnia se exoneratum fuisse *Donell l. 1*  
*C. h. t. n. 6. in f.* Estque talis vel ratione periculi  
sive damni, quod ex dilatione contingit, vel in fama, ut  
si ex iis causis, quæ sententiâ secutâ infamiam important, de-  
beatur, quales sunt furti, injuriarum, Depositi: & c. *l. 1. ff. de his,*  
*quæ not. infam. ub. Wesenb. parat. n. 5. Treutl. v. 1. Disp. 8. th. 7.*  
Verissimè namque est, quod unusquisque famam, quæ cum  
vita pari passu ambulat *l. 9. pr. ff. de man. vind. Gyphan. in l. 104*  
*ff. de R. J. n. 3.* præ cæteris conservare velit. *arg. l. 4. §. 2. ff. de*  
*susp. tut. Menoch lib. 3. præsumt. 136. & tom. 2. Consil. 121. n. 39.*  
Quod & Germani hoc adagio satis superque testantur, *But*  
*verlohren/ist nichts verlohren/Muth verlohren/ist was*  
*verlohren/Ehr verlohren/ist alles verlohren.* Vel in re  
familiari, cujus damnum ex iis emergit actionibus, quæ  
re non præstittâ pœnam, eamque vel legalem, ut sunt  
actiones, quæ ex causa contractus, veluti ex casu depositi, tu-  
multus, ruinæ, naufragii causa §. 26. *Inst. de Act.* aut delicti,  
veluti ex casu damni dati, contra *l. Aquil. d. §. 26. & §. fin. Inst.*  
*de Obligat. quæ ex quas contract.* vel conventionalem,  
ut in casu §. 18. *Inst. de inat. stip.* vel augmentum aliquod  
extrinsecum, veluti in causis usurariis. *Menoch. d. præsumt. nu. 4*  
inter quas ex constitutione *Just. in l. fin. C. de usur. rei jud.* haud  
postremum locum actio judicati, ex qua damnatus cente-  
si.



sumas etiam usuras præstare cogitur, obtinet *diēt. L. fin. ub. DD.*  
vel rei amissionem continent, cujus periculum ex rei op-  
pignorate distractione obvenit, *L. 13 ff. de distract. pig. utut de ea*  
*alienanda, vel nō alienanda, cōvenerit vel nō convenerit L. 4.*  
*ff. de pig. act. Bach. v. 2. disp. 1. ch. 8. lit. E.* Vel molestiæ, quæ  
alicui vel ex iis Obligationibus, quæ latisdatō id est fide-  
jussoribus factæ sunt. *l. 1. ff. qui satisdar. cog.* Duo enim Cre-  
ditores, quos hic habet, principalem nimirum & accessorium,  
non desinent ipsi esse molesti, donec solvat. *Bocer. class. 1. disp.*  
*19. thes. 48.* vel ex quibus debitum statim peti potest.  
*l. 1. l. 3. §. 1. ff. h. t.* Quod si ex dilatione tale quid non ti-  
meatur proximus gravitatis gradus est in eo, si quid debeatur  
suo non fidejussorio nomine *l. 97. ff. h. t.* quod veteres ideo  
defuisse scribit Papinian. *d. l. 97.* quod verisimile videretur,  
diligentem debitorem admonitum ita negotium suum gestu-  
rum fuisse; constat namque, omnes homines ita naturā com-  
paratos esse, ut sua potius curent quam aliena *vid. Menoch. lib.*  
*3. presunt. 136. n. 9.* hinc & tritum illud proverbium *apud Te-*  
*rent. in Andria,* Proximus ego met mihi: hodie hæc res expe-  
dita, nec superiori ratione opus est cum propter beneficium  
*auth. presente C. de fidejuss. Donell. lib. 16. comm. 12.* fidejusso-  
res prope in diem vel sub conditione debitores sint. Tandem  
si nec hujus gradus appareant vestigia, ultimus gravitatis gra-  
dus à veteribus constitutus est in causa, quæ reliquis antiquior  
est *l. 5. pr. l. 24. ff. h. t.* de qua *vid. Donell. ad l. 1. C. h. t. n. 12.*  
Quæ omnia tum vera sunt, cum plus non solum, quam ra-  
tio singularum causarum exposcit, si secus, superfluum reli-  
quis suo ordine tribuetur, *l. 97. ff. h. t. Zang. tr. de except. part.*  
*3. c. 1. n. 105.* Quod si harum causarum nulla occurrat, omniū-  
que debitorum par dierum & contractuum causa sit, id est al-  
terum altero nec antiquius nec gravius, ex omnibus summis  
proportione (Arithmetica) solum videtur *l. 8. ff. h. t. We-*  
*senb. parat. ff. h. t. n. 7.* nec majoris vel minoris ulla habetur  
ratio. *l. 104. ff. de R. J. Mejer. coll. π. thes. 15. inf. h. t.* Si con-  
cursus principalium cum accessoriis, favore Creditoris con-  
stitutum est, ut neutro voluntatem declarante, harum potius  
quam



quam illarum, ut etiam duriores debitori sint, ratio habetur. *l. 1. C. b. t. ub. Donell. n. 16. Sicbard. n. 14. Hartm. Pistor. d. quest. 23. n. 25. ampliacionem & limitationem vid. apud Zang. d. c. n. 106.*

## IX.

*Vi & Effectu solutioni paria sunt, Acceptilatio (a) Novatio (b) Compensatio (c) & quavis satisfactio, qua liberationem inducit. (d)*

(a) Dicta ab acceptum ferendo, quod nihil aliud est, quam fateri se ab alio id accepisse, quod non accepit. *l. 89. pr. ff. b. t.* ideoque & imaginaria & Civilis solutio dicitur. *S. 1. Inst. quib. mod. toll.* & definitur, quod sit liberatio per mutuam interrogationem, qua utriusque contingit ab eodem nexu absolutio *l. 1. ff. de acceptib.* quæ definitio licet variè adfligatur & utrique acceptilationis Speciei tribui possit negetur, *vid. Godof. d. l. 1.* sano tamen sensu accepta retineri potest, *Mejer. colleg. π. thes. 3. d. t.* & quia est actus legitimus *l. 77 ff. de R. 7.* hinc nec in diem nec sub conditione (scil. expressa) fieri *d. l. 77. l. 4. & seq. ff. d. t.* nec per Procuratorem, nisi novandi causa Obligationem suscipiat & postea acceptum ferat, expediri potest. *l. 13. §. 10. ff. eod. Bachov. v. 2. Disput. 29. thes. 4. lit. B.* Plur. de acceptil. *vid. Wesenbec. parat. eod.*

(b) Quæ à novo dicitur, & à nova Obligatione, quæ per eam introducitur perempta priore. *l. 1. pr. ff. de novat.* & definitur, quod sit prioris debiti in aliam Obligationem vel civilem vel naturalem transfusio atque translatio. *d. pr.* omnes autem novare possunt, quibus solvitur, excepto adjecto. *l. 10. ff. d. t.* Et quia in Novatione Debitum præsupponitur, ut ex ejus definitione patet, ideoque illud, quod revera debitum non est, novari non potest, hinc nec conditionale debitum, ita scil. ut de præsentem exitum habeat *l. 2. §. 1. ff. d. t.* at bene in eventum

exi-



existentis conditionis. *Bachov. v. 2. disp. 29. thes. 4. tandem.*  
Novatio olim quovis modo regulariter fieri poterat, hodie  
verò solà contrahentium Voluntate, non legis præsumptione.  
*l. fin. C. h. t. §. 3. Inst. quib. mod. Oblig. toll. Donell. ad l. 58. ff.*  
*de V. O. n. 5.* adeò ut aliter facta, ne quidem ope Exceptionis  
Obligationem tollat. *Dn. Arum. Exerc. 16. thes. 17. (c)* Quæ  
vox (ab antiqua æris appendendi ratione tracta) definitur,  
quod sit Crediti & Debiti inter se contributio *l. 1. ff. de com-*  
*pens.* contribuere autem est debitum & Creditum ita permi-  
scere, ut confundantur *l. 11. §. 6. & seqq. ff. ad l. Falcid.* Ejus  
genetrix est æquitas naturalis. *l. 3. ff. d. t. l. 8 ff. de dol. & met.*  
*exc. & Civilis l. 21. ff. de R. C. l. 39. §. 1. C. de appell.* jus verò Ci-  
vile ejus receptrix prima fronte in bon. fidei tantum judiciis  
*§. 30. Inst. de act. l. 5. l. 6. C. d. t.* Successu temporis etiam in-  
stricti juris, & in omnibus tam realibus quam personalibus  
actionibus, exceptis depositi & momenti. *l. 14. C. d. t.* cujus  
explicationem *vid. apud Dn. Arum. Exercit. 16. thes. 10. Ba-*  
*chov. v. 1. disput. 25. thes. 7. lit. C.* Ut autem compensationi  
locus sit requiritur purum. *l. 7. ff. b. t. & liquidum debitum d. l.*  
*fin. C. d. t.* Effectus ejus est, quod hodie ipso jure Obligatio-  
nem tollat. *§. 30. Inst. de action. Wesenbec. parat ff. d. t. nu. 8.*  
*(e)* Ut est Præscriptio, quæ etiam ipso jure actiones peri-  
mit, & quidem ita, ut nec firma naturalis Obligatio maneat  
residua. *l. 3. & 4. C. de pres. 30. ann. l. 17. §. 1. ff. de pact. Vasq.*  
*quest. illust. lib. 2. c. 53. n. 14.* Confusio, quæ est debiti &  
Crediti in eandem personam concursus *l. 107. ff. b. t.* qui fit  
aditione hereditatis *l. 95. §. 2. ff. b. t.* Concursus igitur credi-  
ti & crediti, debiti & debiti confusionem, sicut eam h'c acci-  
pimus, non inducit, de quo *vid. Bachov. v. 2. Disp. 28. thes. ult.*  
*plura de confusione vid. Bachov. v. 2. Disp. 29. th. 1. Hillig. Do-*  
*nell. Enucl. 16. comm. 6. lit. D.* Et omnes modi, qui-  
bus Debitor vel ipso jure vel ope Exceptionis liberatur,  
in quorum expositione pluribus immorari animus non est,  
inquirat eos cognoscere avidus *ex Wesenb. Treutl. Mejer. & re-*  
*quis in propriis sedibus.*



Tandem solutioni adversantur mo-  
 ra (a) inficiatio (b) Bancorruptio (c) De-  
 nunciatio (d) Et in genere durans adhuc  
 Obligatio. (e)

(a) Quæ est frustratoria oportuno loco & tempore  
 solvendi & recipiendi dilatio. l. 3. §. fin. l. 32. pr. ff. de usur. &  
 vel ex renascitur vel interpellatione, hæc regularis dicitur, illa  
 irregularis, de utraq; ejusque Effectibus & purgatione vid.  
 Dn. Arum. tr. de mor. c. 3. & 2. seqq. c. 8. & 9. Bachov. v. 2. Diff.  
 3. thes. 6. & seqq. quorum scrinia non compilo. (b) Quæ est  
 rei debitæ negatio, cum ea à Creditore reposcitur, *Isidor. lib. 5.*  
*Etymol. 26.* & tum solutionem impedit, cum Creditor proba-  
 tionibus deficit, nam si inficiantem legitimis probationi-  
 bus convicerit, tantum abest, ut solutio impediatur, ut etiam  
 quibusdam casibus (quos vid. apud *Cuiac. ad Novell. 18. c. 8.*)  
 in duplum facienda sit: sunt & aliæ inficiationis poenæ, in  
 quarum enumeratione hic immorari animus non est, de  
 quibus vid. *Cuiac. d. loc.* (c) Quod vocabulum ab Italis, fluxum  
 videtur, istis enim dicitur *Banccarotta*, quod perinde est ac si  
 dicas mensa & seamnum ruptum, *der Wechselfisch oder*  
*Wechselbank ist gebrochen oder aufgegeben* & describi  
 potest, quod sit latitatio aut secessio Debitoris obarati aliqua-  
 rit per facta, donec certis conditionibus transegerit cum Cre-  
 ditore, ut partem debiti remittat & residui obligationem ali-  
 quando differri patiatur *Rittershus. part. 3. expos. Novell. c. 3.*  
*n. 24.* & quia hoc vitii genus vel solo fortunæ ludibrio vel vitio  
 & culpa Bancorruptoris contingere solet, ideoque illo modo  
 in id incidens omni commiseratione dignus, à molestia car-  
 ceris vinculorumque merito liberatur. *Pet. Heig. quest. 35. n. 47*  
 Hoc verò modo tanquam omni beneficio indignus, cum jura  
 dolosis non patrocinentur & his qui ex necessitate magis, quã  
 voluntate in calamitatum incidunt, subveniant, *arg. l. 1. pr. ff.*



*de dol. l. 38. ff. de Rei vind. Mejer. colleg. π. thes. 102. de re judic. praterquam, quod famæ & existimationis jacturam non exiguam patiatur, decreto Imperialium Comitiorum, quod extat in Ordinat. Polit. Anno 1577. tit. 23. in carcerem detrudi jubetur, vid. Heig. d. quest. n. 50 & seqq. (d) De vocabuli hujus multifaria significatione vid. Specul. lib. 3. partic. 1. §. quis denunciare, de denunciatione. impræsentiarum sumitur pro protestatione Debitori à Creditore facta, ne is alteri itidem Creditori solvat, quæ regulariter exceptis quibusdam casibus permiffa est, vid. Rittershus part. 3. Expositio Novell. c. 1. n. 4. ubi & de ejus Effectibus. (e) Durat autem, si vel omninò solutum non est, vel solutum quidem, sed non legitimè, prout supra satisque monstratum est.*

### P A R E R G A.

1. Justitia, quæ definitur in l. 10 ff. de J. & J. non est universalis, ut vult Bachov. & Hun. disp. Treutl. 1. th. 1. sed particularis.
2. Merum & mixtum imperium sub vocabulo Jurisdictionis genericè sumto continetur.
3. Præsidi provinciæ jus deportandi non competiit.
4. Pacta successoria excepto casu in l. 30 C. de pact. prohibita sunt.
5. Transactiones super quota litis irritæ sunt.
5. Judex parvi Oppiduli (ein Klein-Städtli)

- Pacta



Städtischer Richter ) ignorantia juris  
vel imperitia rerum ( daß er das Factum  
nicht recht exploriret, den Unschul-  
digen condemniret, vnd ihn darzu mul-  
tiret) lapsus, arbitraria poena, dolo verò  
ad id adductus etiam criminaliter cum  
famæ dispendio *ex l. 15. ff. de iudic. t. t. C.  
de poen. temer. iudic.* puniendus est.

7. Legitima non est quota bonorum,  
sed hereditatis.

8. Contra titulo possidentem petitio  
hereditatis non datur.

9. Fructus naturales & industriales  
bona fide percepti & consumti non sunt  
restituendi.

10. Usufructuarii Cautio nil nisi fide-  
jussoribus fieri potest.

11. In præscriptione servitutum titulo  
opus non est.

12. In popularibus actionibus regula-  
riter poena adplicanda est actori.

13. Pejerantes per Deum etiam jure Ci-  
vili puniuntur.



14. Condictio indebiti ex quasi contractu tantum descendit.

15. Condictio furtiva adversus heredes furum, licet ad eos nihil pervenerit, datur.

16. In Contractu Depositi regulariter dolus & lata culpa tantum sunt præstanda.

17. In Emtione venditione venditor rem extantem præcisè præstare cogitur.

18. Emphyteuseos contractus bonæ fidei est, & juris gent.

19. Testamenta forma generica sunt Juris gentium, specifica juris Civilis.

20. Sumtus studiorum uni filiorum post obitum Patris à matre ex bonis indivisis suppe-  
ditati regulariter non sunt conferendi.

21. Sicut nec donatio simplex filio aut filia  
à Parente facta.

---

*Præstantissimo & Doctissimo Dn Respondenti.*

**D**um de SOLVENDO, Baurfangl, lemmata docta  
Ponis & impavidâ contra omnes mente tueris,  
Et simul officium præstas, quod patria poscit  
Et, quod debebas Themidi, te munere solvis!  
Cumq; ex parte tua nunc imples ritè promissa,  
Nil aliud restat quàm quod, quia fallere nescit,  
Commerito capiti imponat meritoq; lubensq;  
Quam tibi jam pridem debet Themis alma corollam.

f  
Georg. Frantzkius D.

F I N I S.











ULB Halle

3

005 132 665




V017











DECAS <sup>42</sup>  
THESIUM JURIDICARUM  
De  
**SOLUTIO-**  
**NE IN SPECIE,**

1246  
1625, 2  
19

*Quam*  
DIVINA FAVENTE GRATIA  
CONSENSU ET AUTORITATE  
*Amplissima & Nobilissima Facultatis Juridicæ  
in inclita SALANA*  
PRÆSIDENTE  
*Clarissimo, Consultissimoq; VIRO*  
DN. GEORGIO FRANTZKIO,  
J. U. D. Amico & Fautore suo plu-  
rimum honorando.  
*Publicè proponit & defendet*  
ALBERTUS Baurfang Gerdav. Boruff.  
*In Jctorum auditorio.*  
ad diem 5. NOVEMBR. horis solitis.

JENÆ  
Typis JOHANNIS BEITHMANNI,  
ANNO M. DC. XXV.

